 μενον ἀτελής ἐστὶν. Οὐκ ἄρα ἐστὶ δύναμις ἐν αὐτῷ.

ς'. Ἐτι ἡ τῆς οὐσίας κατηγορία ἐστὶ βελτίων  
 τῶν ἄλλων κατηγοριῶν. Ἄλλὰ τῷ Θεῷ οὐκ ἀποδί-  
 δοται οὐσία, ὡς ὁ Ἀγούστίνος φησὶν. Πολλῷ ἄρα  
 ἤττον ἀποδώσειε τὴν τῆς ποιότητος κατηγορίαν.  
 Ἄλλ' ἡ δύναμις τίθεται ἐν τῷ δευτέρῳ εἶδει τῆς  
 ποιότητος. Τῷ Θεῷ ἄρα δύναμις οὐκ ὀφείλει ἀποδί-  
 δοσθαι.

<sup>1</sup> Psal. cxxiii, 5.

(12) Videtur locus inutilis.

11. Denique, si omne agens agit semper sibi  
 simile, oportet effectus in sua causa semper includi.  
 Omne autem quod est in aliquo, est in eo secun-  
 dum modum ejus. Unde, cum Deus ipse sit intel-  
 lectus, præexistunt in eo creaturæ per modum  
 intelligibilem. Dicit enim beatus Dionysius : « Non  
 ex entibus entia cognoscit divinus intellectus, sed  
 ex seipso et in seipso causaliter omnium scientiam  
 cognitionemque et essentiam habet. » Quod autem  
 est in intellectu, non exit ab eo nisi mediante vo-  
 luntate : voluntas enim est quæ peragit ea quæ  
 sunt in intellectu, quum res intellecta movet volun-  
 tatem. Et sic oportet Deum velle. His concinit illud  
 Psalmorum : « Omnia quæcunque voluit, fecit » ;  
 et in Epistola ad Romanos : « Quod si Deus volens  
 ostendere, » et reliqua.

Cap. V. Quod est in Deo intelligens et volens potentia.

Esse igitur in Deo illas operationes quæ sunt  
 perfectivæ ipsius habentis, ex dictis sufficienter  
 demonstratum arbitror.

1. Utrum vero his respondentis potentia, scilicet  
 intellectiva, volitiva et generaliter activa potentia  
 sint in Deo, an non, inquiramus. Porro videtur  
 quod in Deo non sit hujusmodi potentia. Nam po-  
 tentia est principium operationis. Sed operatio di-  
 vina, quæ est ejus essentia, ut infra demonstrabitur,  
 non habet principium : nam nec generatur, nec  
 procedit. In Deo igitur non est potentia.

2. Præterea, omne quod est perfectissimum, Deo  
 attribuendum est ; quod igitur tendit ad aliquid  
 seipso perfectius, non est ei tribuendum. Sed  
 omnis potentia tendit ad aliquid seipsa perfectius :  
 scilicet passiva ad formam, et activa ad operationem.  
 Non igitur debet potentia Deo tribui.

3. Præterea, habitus est perfectior potentia, cum  
 sit propior actui. Sed habitus in Deo non est, ut  
 postea ostendetur ; nec igitur potentia.

4. Præterea, omnis potentia, a sua operatione  
 separata, est imperfecta. Et quia nihil imperfec-  
 tum Deo convenit, non igitur conveniens videretur  
 potentiam Deo tribuere.

5. Quod si quis dicat hujusmodi potentiam nun-  
 quam a sua operatione separari, nihil proficit :  
 quod enim per aliquid aliud est perfectum, si in  
 seipso consideratur, imperfectum est. Non igitur  
 est potentia in Deo.

6. Præterea, prædicamentum essentia est melius  
 aliis prædicamentis. Sed Deo non attribuitur es-  
 sentia, ut ait Augustinus ; multo minus ei attri-  
 bui posset prædicamentum qualitatis. At potentia  
 ponitur in secunda specie qualitatis. Deo igitur  
 potentia non potest attribui.

Sed contra est quod dicit beatus Dionysius in A octavo *De divinis nominibus* capite : « Potentia est Deus, tanquam omnem potentiam in seipso habens et superhabens. » Si enim omnem potentiam habet, manifestum est quod habet intellectivam et volitivam.

Præterea, omne intelligens et volens, potest intelligere et velle. Quod enim non potest intelligere nec velle, est incapax intelligendi et volendi; quod autem est incapax intelligendi et volendi, necesse est non intelligere nec velle. Sed Deus est intelligens et volens, ut supra ostensum est: habet igitur potentiam intelligendi et volendi.

*Responsio.*

Dicendum est quod ad demonstrationem hujus quæstionis scitu dignum est potentiam, sicut B diximus, comparari ad operationem. Operatio autem est duplex: scilicet una quæ est forma, et altera quæ est actio. Et huic actioni videtur ex communi hominum intelligentia primario datum esse nomen operationis; sic enim fere omnes operationem intelligunt; secundario autem exinde translatum est hoc nomen ad formam, quia forma est principium et finis operationis seu actionis. Unde etiam potentia est duplex: una activa, de qua dependet operatio quæ ut actio dicitur, et huic videtur primario datum esse potentia nomen. Quia autem nihil agit nisi ratione potentia activæ, Deo autem convenit esse actum purum et primum, ideo maxime ei competit activa potentia, et tanto C magis, quod est operatio intellectus.

Ad primum ergo dicendum quod potentia non solum dicitur principium operationis, sed etiam effectus, cum operatio est effectrix alicujus exterioris effectus. Quando igitur potentia est principium effectus, necessario est etiam operationis principium, nisi prius ostendatur potentiam esse aliam ab operatione, et hanc ab illa realiter procedere. Nam scitu dignum est quod in divinis duplex invenitur distinctio: una realis, qua personæ ab invicem distinguuntur, sicut paternitas et filiatio, quia personæ ab invicem distinguuntur realiter, nec tantum ratione, quod est Sabellii hæresis; et altera, quæ est tantum secundum rationem. Cum dicitur: Operatio fuit a divina essentia, aut a potentia; vel: Deus agit per suam essentiam; hæ propositiones quasdam designant distinctiones rationis: si enim reales essent hæ distinctiones, personas distinguerent. Eas autem esse distinctiones rationis sic probatur. Quando enim Deo attribuitur operatio secundum suam rationem, quæ principium requirit, attribuitur ei etiam distinctio ejus quod est ex principio, in eo sita quod aliquid sit ab alio. Unde hæ distinctio non est nisi rationis. Est autem de ratione operationis, non de ratione essentia: unde, quamvis divina essentia non habeat principium, neque se-

'Αλλ' ἐναντίον ἐστὶ τὸ λεγόμενον ὑπὸ τοῦ μακαρίου ἐν τῷ Περὶ θεῶν ὀνομάτων ὁγδόῳ κεφαλαίῳ· Ὅτι δύναμις ἐστὶν ὁ θεός, ὡς πᾶσαν δύναμιν ἐν ἑαυτῷ προέχων καὶ ὑπερέχων. Εἰ γὰρ πᾶσαν δύναμιν ἔχει, ὅθλον, ὅτι καὶ τὴν νοερὰν καὶ θελητικὴν.

Ἐτι, πᾶν τὸ νοοῦν καὶ θέλον δύναται νοεῖν, καὶ θέλειν. Ὁ γὰρ μὴ δύναται νοεῖν καὶ θέλειν, ἀδυνατόν ἐστι νοεῖν καὶ θέλειν. Ὁ δὲ ἀδυνατόν ἐστι νοεῖν, καὶ θέλειν, ἀναγκαῖόν ἐστι μὴ νοεῖν, μηδὲ θέλειν. Ὁ δὲ θεός ἐστι νοῶν καὶ θέλων, εἰς ἐν ταῖς ἀνω δέδεικται. Ἐχει ἄρα δύναμιν εἰς τὸ νοεῖν καὶ θέλειν.

*Ἀπεκρίσις.*

Ῥητέον, ὅτι πρὸς παράστασιν τοῦδε τοῦ ζητήματος εἰδέναι δεῖον, ὅτι ἡ δύναμις, καθάπερ εἴρηται, λέγεται πρὸς τὴν ἐνέργειαν. Ἡ δὲ ἐνέργεια ἐστὶ διόσῃ. Πρώτη ἦτις ἐστὶ τὸ εἶδος, καὶ ἡ δευτέρα, ἦτις ἐστὶν ἡ δράσις· καὶ ταῦτα δοκεῖ ἐκ τῆς κοινῆς τῶν ἀνθρώπων ἐνόησις τὸ ὄνομα τῆς ἐνεργείας πρῶτον ἀποδιδόσθαι τῇ δράσει. Οὕτω γὰρ πάντες ὤσανε τὴν ἐνέργειαν νοοῦσι. Δευτέρῳ δὲ λόγῳ ἐντεῦθεν μετανήχεται τὸ ὄνομα πρὸς τὸ εἶδος, ἐφ' ὅσον τὸ εἶδος ἐστὶν ἀρχὴ καὶ τέλος τῆς ἐνεργείας, ἦτοι τῆς δράσεως. Ὅθεν καὶ ἡ δύναμις ἐστὶ διπλῆ. Μία ἡ δραστικὴ, ἢ συνήρηται ἡ ἐνέργεια, ἡ ὡς δράσις λεγομένη· καὶ ταῦτα δοκεῖ πρῶτον ἀποδίδοσθαι τὸ τῆς δυνάμεως ὄνομα. Ὅσπερ δὲ οὐδὲν (ποιεῖ), ὅτι μὴ τῷ λόγῳ τῆς ἐνεργητικῆς δυνάμει, τῷ δὲ θεῷ προσήκει τὸ εἶναι ἐνέργειαν καθαρὰν καὶ πρώτην· διὸ καὶ μάλιστα αὐτῷ προσήκει ἡ ἐνεργητικὴ δύναμις, καὶ τοσοῦτο μᾶλλον, ὅσον ἐστὶν ἐνέργεια νοῦς.

Πρὸς τὸ πρῶτον οὖν ῥητέον, ὅτι ἡ δύναμις οὐ μόνον λέγεται τῆς ἐνεργείας ἀρχὴ, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἀποτελέσματος, ὅταν ἡ ἐνέργεια πρακτικὴ ἢ τινος ἀποτελέσματος ἐξῶθεν. Ὅταν οὖν ἡ δύναμις ἐστὶν ἀρχὴ τοῦ ἀποτελέσματος, ἀνάγκη καὶ τῆς ἐνεργείας ἀρχὴν εἶναι, ἰὰν μὴ πρότερον δειχθῇ ἕτερον ὂν ἢ δύναμις τῆς ἐνεργείας, καὶ αὕτη ἐξ ἐκείνης; προῦσα πραγματικῶς. Εἰδέναι γὰρ δεῖον, ὅτι τοῖς θεοῖς εὐρίσκεται διπλῆ ἀναφορὰ· μία πραγματικὴ, ἢ τὰ πρόσωπα ἀλλήλων διακρίνονται, ὡς ἡ πατρότης, καὶ ἡ υἱότης, ἐπὶ τὰ πρόσωπα ἀπ' ἀλλήλων πράγματι, οὐ μόνον λόγῳ διακρίνονται, ὅπερ ἐστὶ τῆς Σαβελλίου αἰρέσεως· καὶ ἕτερα ἡ κατὰ τὸν λόγον μόνον, ἐπειδὴν λέγεται· Ἡ ἐνέργεια ἐστὶν ἀπὸ τῆς θείας οὐσίας, ἢ τῆς δυνάμεως. Ἡ, ὅτι ὁ θεὸς ἐνεργεῖ διὰ τῆς ἑαυτοῦ οὐσίας. Αἱ γὰρ προφθεσίαι ἀναφορὰς δηλοῦσι τινὰς κατὰ τὸν λόγον. Εἰ γὰρ πραγματικαὶ ἦσαν καὶ αὗται αἱ ἀναφοραὶ, πρόσωπα ἂν διακρίναν. Τὸ δὲ εἶναι ταύτας τὰς ἀναφορὰς τοῦ λόγου ἐντεῦθεν ὅθλον. Ἐπειδὴν γὰρ ἀποδίδεται τῷ θεῷ ἐνέργεια κατὰ τὸν αὐτῆς λόγον, ὡς ἀρχῆς ζητεῖ, ἀποδίδεται αὐτῷ καὶ ἀναφορὰ τοῦ ὄντος ἐξ ἀρχῆς ὅλον τὸ εἶναι ἐκ τινος· ὅθεν αὕτη ἡ ἀναφορὰ οὐκ ἐστὶν εἰ μὴ τοῦ λόγου. Ἔστι δὲ ἕκ' τοῦ λόγου τῆς ἐνεργείας, οὐκ ἐκ τοῦ λόγου τῆς οὐσίας. Ὅθεν εἰ καὶ ἡ θεία οὐσία μὴ ἔχει ἀρχὴν, μήτε κατὰ τὸ

πράγμα, μήτε κατά τὸν λόγον; ἢ θεία μέντοι ἐνέργεια ταυτὸν οὐσα τῇ οὐσίᾳ ἔχει ἀρχὴν κατὰ τὸν αὐτῆς λόγον. Εἰ γὰρ τί ἐστὶ τινι τὸ αὐτὸ, κατὰ τὸ πρᾶγμα, καὶ μὴ κατὰ τὸν λόγον, οὐχ ὅτι αὐτοῦ κατὰ τὸν λόγον κατηγορεῖται, καὶ τοῦ ἑτέρου ἀνάγκη κατηγορεῖσθαι. Ὅ δὲ λέγω καὶ ἐπι παραδείγματός σαφὲς ποιήσωμαι. Ἡ γὰρ ἀρχὴ καὶ τὸ τέλος ἐστὶ τὸ αὐτὸ κατὰ τὸ πρᾶγμα ἐν γραμμῇ. Σημεῖον γὰρ ἑκάτερον. Ἄλλ' οὐκ ἀνάγκη τὰ κατηγορούμενα τῆς ἀρχῆς, καὶ τοῦ τέλους κατηγορεῖσθαι, ἐφ' ὅσον ἡ ἀρχὴ, καὶ τὸ τέλος μὴ τὸ αὐτὸ εἶσι κατὰ τὸν λόγον. Οὕτω τοίνυν εἰ καὶ ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ ἐνέργεια εἴη τὸ αὐτὸ κατὰ τὸ πρᾶγμα, οὐκ ἀνάγκη ἐνοπάρχειν τὸ ἐξ ἀρχῆς εἶναι κατὰ τὸν αὐτῆς λόγον, καὶ τῇ οὐσίᾳ τοῦτα ἔπασθαι, ἐφ' ὅσον ἡ οὐσία καὶ ἡ ἐνέργεια μὴ ἐστὶ τὸ αὐτὸ κατὰ τὸν λόγον.

.. Πρὸς τὸ δεύτερον ῥητέον ὅτι ὁ ἡμέτερος νοῦς σκοπεῖ οἰονεῖ τὸ τελειότατον ἀποδιδόναι τῷ Θεῷ. Κατ' ἐπιπέδον αὐτῶν ἐπικινεῖσθαι οὐ δύναται εἰ μὴ διὰ τῆς ὁμοιότητος τῶν αποτελεσμάτων, οὐκ εὐρίσκαται δὲ ἐν τοῖς κτίσμασι τι τέλειον ἀκριως, ὅτι πάντη τοῦ ἀτελοῦς στεροῖτο, διὰ τοῦτο ἐκ διαφόρων τελειότητων ἐν τοῖς κτίσμασιν εὐρίσκαμένων αὐτὸν ἐπιχειρεῖ ἀποδιδόναι, εἰ καὶ ἑκάστη τούτων τῶν τελειότητων ἐνεστὶ τὸ ἀτελοῦς. Οὕτω μέντοι, ὡς ὅτι ποτὲ ἐνεστὶν ἑκάστη τούτων τῶν τελειότητων ἀτελεῖς, ὅλον τοῦ Θεοῦ ἀποφάσκειν. Οἷον φέρε εἰπεῖν, τὸ μὴ εἶναι δηλοῖ τι πλήρες καὶ ἀπλοῦν, οὐ μὴν καθ' αὐτὸ ὁφαστάς· ἡ δὲ οὐσία δηλοῖ τι ὁφαστάς, ἀλλ' ἄλλω ὑποκειμένον· φαμέν οὖν τὸν Θεὸν καὶ οὐσίαν εἶναι, ἀλλ' οὐσίαν ἐφ' λόγῳ τοῦ καθ' αὐτὸ ὁφαστάς· οὐ τῷ λόγῳ τοῦ ὑποκείσθαι ἄλλω, ὅλον τὸ εἶναι· τὸ δὲ εἶναι ἀποδίδωμεν τῷ λόγῳ τῆς ἀπλότητος, καὶ τοῦ πλήρους, οὐ τῷ λόγῳ τοῦ ἄλλω ἐνοπάρχειν καὶ συμπλέκεσθαι. Οὕτω καὶ δυνάμιν καὶ ἐνέργειαν φαμέν τὸν Θεόν· ἀλλ' ἐνέργειαν μὲν τῷ τῆς τελειότητος λόγῳ· ἡ γὰρ ἐνέργεια πρὸς τὴν δύναμιν θεωρουμένη τελειότερα ἐστὶν οὐ τῷ λόγῳ τοῦ τὴν ἐνέργειαν ἀπογίνεσθαι· δυνάμιν δὲ φαμέν, διὰ τὸ μὴ διαμένειν, καὶ τὰ εἶναι ἀρχὴν ἐνεργείας, οὐ τῷ λόγῳ τοῦ διὰ τῆς ἐνεργείας συμπληροῦσθαι. Εἰ καὶ τοίνυν πᾶν τελειότατον ἀποδιδόναι χρὴ τῷ Θεῷ, οὐ πᾶν μέντοι τὸ ἀποδιδόμενον δυνατὸν τέλειον εἶναι, ἐπεὶ μὴδὲ ἐστὶ, καθάπερ εἴρηται. Ἀνάγκη δὲ τὸ οἷον εἰς ἀπόδοσιν τοῦ τελειοτάτου ἐνόντα αὐτῷ λόγον τῆς τελειότητος ἔχειν τι αὐτοῦ ἴσως τελειότερον, ἢ αὐτὸς ἀπεστὶν ἑκαίην ἡ τελειότης ἦν τὰ ἕτερον· ἔχει· διὰ τὸ μὴδὲ εἶναι οὕτω πᾶν τέλειον, ὅτι πᾶσας ἐν αὐτῷ περιέχει τὰς τελειότητας, ἀνευ τοῦ Θεοῦ.

Πρὸς τὸ τρίτον ῥητέον, ὅτι ἡ ἕξις ἐστὶν ἐν τῇ πνευματικῇ δυνάμει, ἡ καὶ τελειότερα ἐστὶν αὐτῆς, ὡς εἶδος αὐτῆς. Τοιαύτη δυνάμις οὐκ ἐστὶν ἐν τῷ Θεῷ.

Πρὸς τὸ τέταρτον ῥητέον, ὅτι ἡ δύναμις ἡ ἀποδομένη τῷ Θεῷ οὐκ ἐστὶ ἕτερα πρὸς τὴν οὐσίαν αὐτοῦ καὶ τὴν ἐνέργειαν, ὡς ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα δεχθήσεται. Διὸ οὕτως σκοπεῖται τι αὐτῆς τελειότερον, οὕτως χωρὶς τῆς ἐνεργείας νοεῖσθαι δύναται. Τῆ δ'

cundam rem, neque secundum rationem, divina tamen operatio, licet idem sit ac essentia, habet principium secundum suam rationem. Nam si quid cui idem est secundum rem, non vero secundum rationem, id quod de uno prædicatur secundum rationem, haud necessario prædicatur de altero. Quod autem dico, per exemplum citius faciam: etenim principium et finis est idem secundum rem in linea, utrumque enim est signum; sed non necesse est ea quæ prædicantur de principio, etiam de fine prædicari, quia principium et finis non sunt idem secundum rationem. Sic igitur, quamvis essentia et operatio Dei sint idem secundum rem, non necesse est, cum de hujus ratione sit esse ex principio, id consequenter competere etiam essentiæ, quia essentia et operatio non sunt idem secundum rationem.

Ad secundum dicendum quod intellectus noster intendit quidque perfectissimum Deo attribueret, Et quia ad eum pervenire nequit nisi per similitudinem effectuum, non invenitur autem in creaturis aliquid summe perfectum, quod omni careat imperfectione: ideo varias perfectiones in creaturis repectas illi attribueret conatur, licet cuique harum perfectionum insit quid imperfecti; ita tamen, ut quod inest imperfectum cuique harum perfectionum, hoc totum a Deo remoueat. Verbi gratia, esse indicat aliquid plenum et simplex, sed non per se subsistens; essentia autem designat aliquid subsistens, sed alterius subjectum. Dicimus igitur Deum esse essentiam, sed essentiam ratione subsistenti per se, haud vero ratione essendi alterius subjectum; item esse ei attribuimus, sed esse ratione simplicitatis ac plenitudinis, non ratione existendi et inherendi in alio. Sic etiam potentiam et operationem dicimus Deum; sed operationem quidem ratione perfectionis (operatio enim ad potentiam comparata est perfectior), non ratione quod operatio est producta; potentiam vero dicimus, quia semper permanet et est principium operationis, non in eo quod per operationem perficitur. Quamvis igitur omne perfectissimum Deo attribueret oporteat, non tamen quidquid Deo tribuitur potest esse perfectum, quia non est, si ut diximus; sed necesse est, verbi gratia, quod in attributione perfectissimi, insita huic perfectionis ratio habeat aliquid seipsa forsitan perfectius, cui rursus deest illa perfectio quam aliud habet: quia nihil est ita omnino perfectum, quod omnes in se habeat perfectiones, excepto Deo.

Ad tertium dicendum quod habitus est in passiva potentia, et ea perfectior est, tanquam ejus forma; talis potentia non est in Deo.

Ad quartum et quintum dicendum quod potentia Deo tributa non est alia quam ejus essentia et operatio, ut infra ostendetur: unde nihil considerari potest ut esse perfectius, nec separatim ab operatione intelligi potest, sed nomen et ratio potentie tribui-

tur essentialis in quantum huic competit esse principium activum. (Et per hoc patet responsio.)

Ad sextum dicendum quod Augustinus non attribuit Deo essentialiam quae est sub essentiali genere vel genus, sed essentialiam quae est principium, non solum generis essentialis, et aliorum generum. Qualitates vero non debent tribui, quia sunt in passiva potentia, quae non est in Deo, ut demonstratum est.

Cap. VI. Quod respondentes his operationibus habitus Deo tribuantur.

Quod autem respondentes his operationibus habitus Deo tribuantur, manifestum est. Etenim sapientia, et scientia, et veritas, et bonitas de Deo dicuntur, quae omnia sunt habitus: nam ex his per derivationem aliquis dicitur sapiens, et verus, et bonus: quod consequitur ex habitibus, in quantum sunt qualitates. Quod autem ex intelligere et velle haec proveniant, patet. Sapientia enim est comprehensio causarum in superioribus et primis causis; Deus autem, qui est suprema et prima omnium causa, cognoscit seipsum: est igitur sapiens. Et divina clamat Scriptura: « Ei autem qui potens est omnia facere superabundanter quam petimus aut intelligimus<sup>24</sup>, » — « Soli sapienti Deo, cui gloria in saecula saeculorum<sup>25</sup>. »

Scientia autem est comprehensio universalium ex primis et necessariis. Sed Deus cognoscit universalia ex primis et necessariis principis, quae sunt ipsemet: est igitur sciens, vel potius inventor omnis veritatis scientiae. Veritas autem, juxta Philosophum, non est proprie in rebus: est enim veritas, est conformitas et adaequatio intellectus et rei; unde convertuntur eius et verum. Nam sive considerentur res, verus est intellectus cum eis conformis et adaequatus: sive intellectus spectetur, verus est tanquam conformis et adaequatus cum rebus. Ita se res habent. At Deus se non ignorat, sed cognoscit se ut est; et haec eius cognitio est entium mensura qua cuique limitantur ea quae insunt. Nam cognitio eius comparatur ad entia, sicut scientia artificis ad artificia. Unde omnino verus est. Quare Paulus dicit: « Est autem Deus verax<sup>26</sup>. » Et voluntas Dei dicitur bona, ex objecto sumens speciem; nam objectum ad quod fertur voluntas, est bonum. Itaque Spiritus, qui ut voluntas a Patre procedit secundum proprium quemdam modum, sanctus et bonus dicitur, quamvis etiam Pater et Filius sancti et boni sint; sicut et Spiritus vocatur proprie, quamvis etiam Pater et Filius dicantur Spiritus. Nonnulla enim quae simul et communiter tribus conveniunt, uni tamen proprie attribuantur; sicut etiam Filio veritas, nam « Ego sum, inquit, veritas<sup>27</sup>: » propria est enim Verbo veritas, quanquam et ipse Pater et Spiritus sanctus sint veritas.

ὄνομα, καὶ ὁ λόγος τῆς δυνάμεως τῆ οὐσίας ἀποδίδεται, ἐφ' ὅσον προσήκει αὐτῇ τὸ εἶναι ἀρχὴν ὁμοεικῆν.

Πρὸς τὸ ἔκτον ῥητέον, ὅτι ἀδύνατος οὐκ ἀποδίδωσι τῷ Θεῷ οὐσίαν, ἥτις ἐστὶν ὑπὸ τῷ τῆς οὐσίας γένει ἢ γένος, ἀλλ' οὐσίαν, ἥτις ἐστὶν ἀρχὴ ὁ μόνον τοῦ τῆς οὐσίας γένους, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων γένων. Ποιότητος δὲ οὐ χρὴ ἀποδίδωαι, διὰ τὸ ταύτης εἶναι ἐν τῇ καθαρῇ δυνάμει, ἥτις οὐκ ἐστὶν ἐν τῷ Θεῷ, ὡς δέδεικται.

Κεφάλ. Γ'. Ὅτι κατὰ ταύτας τὰς ἐνεργείας ἔξει ἀποδίδονται τῷ Θεῷ.

Ὅτι δὲ αἱ κατὰ ταύτας τὰς ἐνεργείας ἔξει ἀποδίδονται τῷ Θεῷ, φανερόν. Καὶ γὰρ καὶ σοφία, καὶ ἐπιστήμη, καὶ ἀλήθεια λέγεται αὐτοῦ, καὶ ἀγαθότης. Ἀπαντὰ ἐστὶν ἔξει. Καὶ γὰρ κατὰ ταύτας σοφίας, καὶ ἀληθείας, καὶ ἐπιστήμων λέγεται τις παρανομίας, καὶ ἀγαθός. Ὅπως ἔπειτα ταῖς ἔξεισιν, ἐφ' ὅσον εἰσι ποιότητες. Ὅτι δὲ ἐκ τοῦ θελεῖν καὶ νοεῖν ταῦτα ἐγγίνεται, ὀφίλον. Ἡ γὰρ σοφία ἐστὶ κατάληψις τῶν αἰτιατῶν κατὰ τὰς ὑπερχούσας καὶ πρῶτας αἰτίας. Ὁ δὲ θεός, ὅς ἐστιν ὑπερχούσα καὶ πρῶτη αἰτία πάντων, οἶδεν αὐτόν. Ἔστιν ἄρα σοφός. Καὶ ἡ θεία δὲ βουλὴ Γραφῆ, λέγουσα, « Τῷ δὲ δυναμῆν πάντα ὑπερκεκρίσθη ποιῆσαι ὧν αἰτούμεν ἢ νοοῦμεν, — Μόνῃ σοφῷ Θεῷ, αὐτῷ ἢ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. »

Ἡ τε ἐπιστήμη ἐστὶ κατάληψις τῶν καθόλου ἐκ πρώτων καὶ ἀναγκαίων. Ὁ δὲ θεός οἶδε τὰ καθόλου ἐκ πρώτων ἀναποδείκτων καὶ ἀναγκαίων, ἅπαν ἐστὶν αὐτός. Ἔστιν ἄρα ἐπιστήμων, μᾶλλον δὲ εὐρυτεῖς πάσης ἐδοῦ ἐπιστήμης. Ἡ δὲ ἀλήθεια, κατὰ τὸν φιλόσοφον, οὐκ ἐστὶν ἴδιος; ἐν τοῖς πράγμασι. Ἔστι γὰρ ἡ ἀλήθεια ὑπόληψις σύμμετρος καὶ ἐξισάζουσα τοῖς πράγμασι. Αἰὶ καὶ ἀντιστρέφει τὸ ἐν καὶ τὸ ἀληθές. Εἴτε γὰρ εἰσι τὰ πράγματα, ἀληθές ἐστὶν ἡ σύμμετρος καὶ ἐξισάζουσα αὐτοῖς ὑπόληψις; εἴτε ἡ ὑπόληψις ἀληθές ἐστὶν ὡς σύμμετρος καὶ ἐξισάζουσα τοῖς πράγμασι, τὰ πράγματα οὕτως ἔχει. Ὁ δὲ θεός οὕτε αὐτόν λήθηθεν, ἀλλ' οἶδεν αὐτόν, ὅσος ἐστὶν ἡ τε γνώσις αὐτοῦ ἐστὶ μέτρον τῶν ὄντων ἐκάστη τῶν ἐνόντων οὐσα ἀποριστικῆ. Ἐχει γὰρ ἡ γνώσις αὐτοῦ πρὸς τὰ ὄντα ὡς τοῦ τεχνίτου πρὸς τὰ τεχνικά. Αὐτὸ καὶ πάντῃ ἀληθές εἶναι. Αὐτὸ καὶ Παῦλος λέγει: « Γίνεσθε δὲ ὁ θεός ἀληθής. »

Ἡ τε τοῦ Θεοῦ θέλησις ἀγαθὴ λέγεται ἐκ τοῦ ἐναντίου λαμβάνουσα τὸ εἶδος. Τὸ γὰρ ἀντικείμενον εἰς ὃ φέρεται ἡ θέλησις, ἐστὶ τὸ ἀγαθόν. Αὐτὸ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ὡς θέλησις προῖδεν ἀπὸ τοῦ Πατρὸς κατὰ ἴδιόν τινα τρόπον, ἀγίον καὶ ἀγαθὸν λέγεται, καίτοι καὶ τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ ἀγίων καὶ ἀγαθῶν ὄντων, ὥσπερ καὶ Πνεῦμα λέγεται ἰδίως, καίτοι καὶ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ Πνεύματος λεγομένων. Καὶ γὰρ ἐνια ἀεὶ καὶ κοινή τοῖς ἐρισὶ προσήκει, ἕως ἐνὶ ἰδίως ἀποδέδοται, ὡς καὶ τῷ Υἱῷ ἡ ἀλήθεια. « Ἐγὼ γάρ, φησὶν, εἰμι ἡ ἀλήθεια, » ὁ προσήκει

<sup>24</sup> Ephes. iii, 20. <sup>25</sup> Rom. xvi, 27. <sup>26</sup> Rom. iii, 4. <sup>27</sup> Joan. xiv, 6.

αὐτῶ ὡς Λόγῳ ἰδίῳ. Ἴδιον γὰρ τοῦ Λόγου τὸ ἀληθεύειν καίτοι καὶ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀληθείας ὄντων.

Κεφ.λ. Ζ'. Ὅτι αἱ τοιαῦται ἐνέργειαι, καὶ αἱ κατὰ ταύτας δυνάμεις καὶ ἕξεις εἰσὶν ἐν τῷ Θεῷ ἕν καὶ τὸ αὐτό.

A Cap. VII. Quod hujusmodi operationes et respondentes eis habitus et potentia sunt in Deo unum et idem.

Πότερον δὲ αἱ τοιαῦται ἐνέργειαι, καὶ αἱ κατὰ ταύτας δυνάμεις καὶ ἕξεις εἰσὶν ἐν τῷ Θεῷ ἐν πράγματι, καὶ τὸ αὐτὸ πρὸς τὴν οὐσίαν, καὶ πρὸς ἄλληλα μερικῶς τὸ ἀπλοῦν καὶ τέλειον δηλοῦσαι ἐκάστη, ἅτε ἄθ καὶ μερικῶν πραγμάτων δυνάμεις ὑπάρχουσαι, καὶ μερικῶς λόγους ἐμφαινόμεναι· ἢ κατὰ πράγματα καὶ οἱ λόγοι, ἕτερα ὑπάρχει, ἔστι δὲ συνημμένα καὶ ἀδιάκριτα ἀλλήλοις, ὡσπερ ἐν ἡμῖν, ὡς τὴν μὲν οὐσίαν εἰς τὴν πρώτην κατηγορίαν ἀνάγεσθαι, τὸ δὲ νοεῖν καὶ βούλεσθαι εἰς τὸ ποιεῖν, τὰς δὲ δυνάμεις καὶ τὰς ἕξεις εἰς διάφορα εἶδη; καὶ γὰρ ἔχει ἀπορίαν, εἴτε, πάντων ἑτέρων ὄντων (15), δύνατο τὸ ἐκ τούτων ἀπλοῦν εἶναι, ὅσον ἢ τῶν ἀνθρώπων κοινὴ ἔννοια τὸν Θεὸν ὑποτίθεται. Καὶ γὰρ τοῦτο ἐνίοι δι- B συγχυρίζονται, καὶ περιώνται δεικνύουσι, ἀπλοῦν εἶναι τὸν Θεόν, καίπερ ἐκ τοσούτων συνεστώτα. Καίτοι εἶναι μὲν τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ ἀπλῆν, ἅτε μὴ ἐκ πολλῶν οὐσαν, ὅσον οὐδὲν, ὡσπερ τὴν τῆς ψυχῆς, αὐτὸν δὲ τὸν Θεὸν ἐκ τοσούτων ἑτεροτήτων συγκαί- μενον, εἴπερ ἕτερα ταῦτα τοῖς πράγμασι κατὰ τὰς τῶν πολλῶν ὑποθήκα; εἶναι ἀπλοῦν..... Οὐ γὰρ εἴη καὶ ἡ οὐσία τῆς ψυχῆς ἀπλῆ, ἕτερος οὐσης ἐν αὐτῇ τῆς οὐσίας, καὶ τῆς δυνάμεως καὶ τῶν ἐνεργειῶν πρὸς ἀλλήλας· διὸ καὶ Ἀβγουστίνος φησιν ἐν τῷ C περὶ τῆς ἀληθοῦς ἀκακίας βιβλίῳ, μόνην τὴν τοῦ Θεοῦ ἀπλότητα εἶναι πολλαπλῆν, διὰ τὸ μὴ μόνως οὐσίας ἐν αὐτῷ εὐρίσκεισθαι ἀπλότητα, ἀλλὰ καὶ δυνάμεις· καὶ τὴν πολλαπλότητα ἀπλῆν, διὰ τὸ καὶ τὴν οὐσίαν καὶ τὴν δύναμιν, καὶ τὰ ἄλλα, ἐν τι καὶ ἀπλοῦν εἶναι. Συνέβαινε δ' ἐν αὐτοῖς τὸ λεγόμενον, εἴπερ μὴ πράγματα ταῦτα ὁμοτιθέσαν, ἀλλὰ λό- γους μόνον, ὅπερ τινὲς τῶν ἀρχαίων θεολόγων κα- λούμενοι περὶ τῶν διαφορῶν ἔλεγον, οὐ πράγματα εἶναι ταῦτα; διαβεβαιούμενοι, ἀλλ' ἐκ τῶν ἡμετέρων νοητῶν· ὅσον τὰ γένη, καὶ τὰ εἶδη φησίν. Νῦν δὲ χαλεπὸν, μᾶλλον δὲ ἀδύνατον τὸν Θεὸν ἀπλοῦν λέγειν καὶ ἐκ τοσούτων ἑτεροτήτων πραγματικῶν συνε- στώτα. Ἔσται γὰρ ἐν μὲν τῷ ὑποκειμένῳ, πολλὰ δὲ D τοῖς συμβεβηκόσι· καὶ ἐν μὲν τῷ ὅλῳ, πολλὰ δὲ τοῖς μέρεσιν. Ὅπερ ἐστὶ μὴ ἐν καὶ ἀπλῶ; ἀπλοῦν εἶναι, ἀλλὰ πῆ, καὶ κατὰ τι.

(Nunc inquirendam est) utrum hujusmodi operationes et respondentes eis potentia et habitus sint unum quid et idem relative ad essentiam et ad se invicem, particulatim simplex et perfectum unaquaque designantes, quatenus particularium rerum sunt nomina et particulares significant rationes; an sint diversa re et ratione, sed coherentia et ab invicem indivisa, sicut in nobis: ita ut essentia in primam categoriam reducat, intelligere autem et velle in actionem, potentia vero et habitus in varias species. Verum difficile est quod, cum omnia sint diversa, possit ex his fieri ens simplex, quale communis hominum sensus Deum declarat esse simplicem. Nonnulli quidem affirmant et probare conantur simplicem esse Deum, licet ex talibus constantem: nempe essentiam Dei esse simplicem, tanquam minime ex multis coalescentem, sicut et essentiam animæ; ipsum vero Deum, ex tot differentibus compositum, licet hæc sint diversa realiter secundum multorum suppositiones, esse tamen simplicem intelligit: alias enim essentia animæ non esset simplex, cum in hac essentia potentiaque et operationes sint ab invicem diversæ. Itaque Augustinus dicit in libro *De vera simplicitate*, solam Dei simplicitatem esse multiplicem, quia non solum essentia invenitur in eo simplicitas, sed etiam potentia; et illam multiplicem simplicem secundum quid, et essentiam, et potentiam, et alia, esse unum quid et simplex. Sed hoc effectum illis conveniret, si non supponerent hæc non esse res, sed rationes tantum, ut occupabant quidam veterum theologorum de differentibus loquentes, qui affirmabant eas non esse res, sed ideas nostri intellectus, sicut et genera et species dicuntur. Nunc vero difficile est, vel potius impossibile Deum dicere simplicem simulque ex tot differentibus rebus constantem: sic enim esset unum subjecto et plura accidentibus, unum toto et plura partibus, ac proinde unum et simplex non esset simpliciter, sed quodammodo et secundum quid.

Hucusque codex Bavaricus. Reliqua omnia desiderantur, ut et solutio eorum quæ hic contra simplicitatem Dei ex persona adversarii objicit.

(15) Hæc omnia valde corrupta sunt.

## GREGORII ACINDYNI

CARMEN

## DE HÆRESIBUS GREGORII PALAMÆ

Vide tom. CL, col. 1813.

## EJUSDEM

## EPISTOLÆ ET IAMBI ADHORTATORII AD NICEPHORUM GREGORAM

Vide tom. CXLVIII in *Gregoræ Vita et Eloquiis*.

ANNO DOMINI MCCCL.

## BARLAAMUS DE SEMINARIA

## NOTITIA.

(Ex Ang. Zavarioni *Bibliotheca Calabria*, Neapoli 1733, 4°, p. 51, Cf. etiam *Scriptores Cosentini*.)

Seminariensis, ex Leone Allatio lib. II, cap. 17, de A litterarum Græcarum doctissimus, et quodammodo  
*eccles. Occid. et Orient. perpet. consensu*, instituto monachus S. Basilii, abbas S. Salvatoris in urbe Byzantio, promovente tamen Andronico Cæsare ex Maimburg. Infra citando dein anno 1342 Hieracensis episcopus : vir in utraque lingua valde eruditus, et in Græca quidem Francisci Petrarchæ magister, ut idem Petrarcha in *Epist. 11 Rerum senilium* ad Hugonem Siberenatem scribit. « Aliquot, ait, Græcæ linguæ doctissimos homines nostra ætate Calabria habuit, in his duos, Barlaam monachum, et Leontem, seu Leontium Thessalonicensem; uterque mihi familiaris : primus etiam et magister fuerat. » Porro Leontem hunc, sive Leontium Pylatum, quem Thessalonicensem (soli forsitan originis ratione, nam illum nostris Tafurus annumerat) dicit Petrarcha, et ipsum Barlaæ discipulum fuisse, tum etiam Joannis Boccatii in Græcis artibus præceptorem, ita postremus hic in xv lib. *de Geneal. Deorum*, cap. 6, describit; « Post hos, et Leontium Pylatum Thessalonicensem virum, et ut ipse assertit, præficti Barlaæ auditorem, persæpe deduco : qui quidem aspectu horridus homo est : turpi facie, barba prolixa, et capillitio nigro, et meditatione occupatus assidua : moribus incultus, nec satis urbanus homo ; verum, uti experientia notum fecit, Græcarum historiarum atque tabularum archivam inexhaustum ; etsi Latinarum non satis adhuc instructus sit : hujus ego nullum vidi opus, sane quidquid ex eo recto, ab eo viva voce referente percepi ; nam eum legentem Homerum, et mecum singulari amicitia conversantem, fere tribus annis audivi, nec infinitis ab eo recitatis, vergente etiam alia cura animarum, acrius suffecisset memoria, si cedulis commendassem. » Hæc ille, quæ retulisse placuit, tum quia doctrinæ gloria Leontii discipuli, sive is nativitate Calaber sit, sive Thessalonicensis, ad Barlaamum præceptorem redit : redeunt enim ad semina causæ. Quando etiam Leontio huic demandata sibi a Petrarcha *Iliacium* in opere quod laudavimus modo *De geneal. Deorum* usum esse : a quo primus didicisse cõperit Homericos versus Latinis scriptis inserere, et Græcos titulos Latinis libris imponere ; unde ille Græcæ linguæ cathedram Florentiæ obtinuerit, dictum alibi nobis in nostra *Histor. Cors. n. colleg.* Tum etiam quia inde arbitror affinitatem nominis inter Leontium, et Pontium Pylatum fabellam de Pontio Pilato in Calabria aliquandiu commorante, unde etiam tortores Christi in Judæam secum perduxerit, natam esse ; sicut et affinitate pariter nominis inter Iscariotam et Scario-



tam, altera et ipsa anilis fabella de Julio, quod A  
Scalecta fuerit, defluxit, qua Lucanos apud Secta-  
num infamat.

Sed ad Barlaamum, a quo digressa est, redeat  
oratio. De eo igitur scribit laudatus Boccacius loco  
cit. : « Traho præterea aliquando Barlaam Basilii  
Cæsariensis monachum, Calabrum hominem, olim  
corpore pusillum, prægrandem tamen scientia, et  
Græcis adeo eruditum, ut Imperatorum et principum  
Græcorum, atque doctorum hominum privilegio ha-  
beret testimonia, nedum his temporibus apud Græ-  
cos esse, sed nec a multis sæculis citra fuisse vi-  
rum tam insigni tamque grandi scientia præditum.  
Nonne ergo huic, et potissime in rebus ad Græcos  
spectantibus ego credam ? » Ab eo quoque Paulum  
Perusinum, et ipsum Barlaami in Græca lingua au-  
ditorem, in collectanea sua conficienda, profectise  
notat, post laudatum Boccacium loc. cit., Volater-  
ranus in *Anthropol.* « Eodem fere tempore Barlaam  
Calaber quidam, S. Basilii monachus, utraque lin-  
gua eruditus, multas, quæ ad has pertinent disci-  
plinæ uno volumine coegit. Quem imitatus Paulus  
Perusianus jurisperitus, ejus discipulus, præfectus  
bibliothecæ Roberti, Siciliæ regis, cum plane litte-  
ratus esset, multa et ipse collectanea reliquit.

Scripsit Barlaamus multa et varia, pro suæ men-  
tis vertigine, et varietate. Nam primo quidem Con-  
stantinopolim veniens, Græcorum erroribus scriptis  
suis favere cœpit : dein in se primum, et mox in  
Italiam reversus, ac Hieracensis episcopus digni-  
tate et honore potitus, quos favorat, Græcorum er-  
rores recitando, exsufflavit. Ex quo æquivocum de  
duplici Barlaamo apud eruditos irrepsit, qui tamen,  
Allatio teste, nugantur. « Hinc plane, ait, nugari  
videntur, qui cum non intelligant quemadmodum  
unus idemque, et pro Rom. Ecclesia contra Græ-  
cos, et pro Græcis contra Rom. Ecclesiam scripse-  
rit; duos Barlaamos constituunt; et ea, quæ contra  
Latinos sunt ab Hieracensi isto semovent, et aliis,  
nescio quibus, quos nec ipsi sciunt, vindicant. Dis-  
tinguant tempora. Barlaamus Constantinopoli de-  
gens, doctrina, et favore principum, et spe rerum  
novarum lætatus, Græcorum erroribus favens, La-  
tinos oppugnat; ejectus diffamatusque in Græcia, in  
Italiam reversus, et dignitatibus auctus, ne ingratus  
esse videretur et forte etiam vere Armiterquo  
sapiens in defensas a se primum Græcos invehitur,

et Latinos a se lingua scriptoque prius laceratos  
defensat. » Cit. Lib. II, cap. 17, pag. 839. Porro  
Joannes Cantacuzenus, Græcus auctor, lib. II, cap.  
39, contra Barlaamum propter ejus palinodias  
invehitur : « Monachus quidam, inquit, e Calabria  
profectus, Latinorum moribus et legibus educatus,  
nomine Barlaamus, acutus alioqui et perspicax, et ad  
intelligentiam explicandam disertissimus : insuper in  
Euclide, Aristotele, Platone volutatus, et ob id illustri  
fama, ad calamitatem Rom. imperii Theassalonicam ad-  
venit ; multis enim magnisque seditionibus Ecclesiam  
pacatam implevit. Qui cum se Latinorum dogmata  
profligaturum simulasset, libellis adversus illos com-  
positis, conclusionerationum demonstrabat eos in reli-  
gionis doctrina hallucinari ac tibi, nostrisque gaude-  
bat institutis et legibus, et a se Latinorum cæremonias  
atque dogmata ex animo damnari apertissima dabat  
indicia, ut apparebat, » etc. Pene eadem Nicephorus  
Gregoras XI ; tantoque in odio Græcis esse cœpit,  
postquam ab eis recessit, ut eodem Allatio teste  
ubi supra, Constantinopoli celebrata synodo, Bar-  
laamus condemnaretur : « Barlaamus, quamvis propi-  
tiam imperatorem (Andronicum Juniores) nactus,  
rebus tamen Græcorum, et monachis iniquior (de  
ejus cum monachis montis Atho jurgiis videndus  
Maimburg. l. c.) quos acerrimo odio persecutus,  
exagitavit ; ideoque celebrata synodo in magno sa-  
cræ Sapientiæ templo, præsentem etiam imperatorem,  
cum senatus principibus, et doctissimis aliis viris  
condemnatus est. » Sed et idem qui supra Canta-  
cuzenus : « Postremo imperator et patriarcha  
utrosque de pace ut oportebat allocuti, synodum  
dimiserunt. Barlaamus haud longum tempus Byzan-  
tium moratus, imperatore brevi defuncto, æque, ut  
prius de dogmatis litem movit, judicium valde clau-  
dicasse clamitans ; et aufugiens in Italiam, cum La-  
tinis, ut antea, sensit, ab eisque Hieracis episco-  
pus creatus est. » Ex quo assertum de duplici Bar-  
laamo labare manifeste colligit Maimburgus : « Ce  
Barlaam, qui est encore maintenant un grand pro-  
blème entre les sçavans, dont les uns veulent qu'il  
soit schismatique, et les autres catholique, étoit un  
moine calabrais, qui dans la vérité fut l'un et l'autre,  
parce qu'il changea trois fois de religion, » etc. ;  
sequiturque late auctor de eodem narrare in sua  
*Histoire du schisme des Grecs*, tom. II, pag. ccx.

*Sequebatur Barlaami Operum enumeratio, quam accurate præbet Fabricius mox adducendus, et ideo hic  
omittitur.*

## NOTITIA ALTERA.

(Fabr., Biblioth. Græc. ed. Harles, tom. XI, p. 462.)

Barlaamus, ex urbe Seminaria (a) Calaber (perinde ut Gennadius, de quo supra, Scholarius), duas personas vel prorsus diversas egisse unus deprehenditur, unde factum, ut in duos Barlaamos a quibusdam discerneretur. (b) Sed unus idemque est, qui pro Latinis initio et eorum cum Græcis unione, et qui deinde acriter contra Latinos (c), ac denique ex monacho S. Basilii factus episcopus in regno Neapolitano Gyracensis (d) sive Hieracensis iterum pro Latinis scripsit. Idem Hesycharum et Gregorii Palamæ (e) in synodo a. 1337 CPoli habita vehemens cum Gregorio Acindyno adversarius, eruditior (f) cæterogregio et eloquentia ac cognitione philosophiæ nulli suæ ætatis secundus (g) cujus scripta hæc mihi innotuere :

## Pro Latinis.

## Orationes II pro unione Græcorum cum Ecclesia

(a) Allatius, *De consensu*, p. 879, lib. II, c. 16, et 17. (Fabr.) Conf. de Barlaamo F. Ughelli *Ital. sacra*, tom. IX, p. 395; H. Wharton, et R. Gerium (qui plura Barlaami opp. horumque codd. in memorat, aliæque adduntur in not. ed. Basil.) in Append. ad *Cavei Hist. litt. SS. Eccl.*, tom. II, pag. 36 sqq. ad a. 1310. Du Pin., *Hist. eccles.* vol. XII, p. 83 sq. Oudin. in *Comment. de SS. Eccl.*, tom. III, p. 814 sqq. In diss. de Barlaamo, Hieracensi seu Lorensi episcopo; in cap. I vita ejus paucis perstringitur; in cap. 2 referuntur Allatii de eo narrationes et judicia; in cap. 3 de ejus scriptis horumque codd. fusius agitur. — Hamberger, in *Zuverläss. Nachr.* tom. IV, p. 550 sqq. ad ann. 1318, quo mortuus esse videtur Barlaam. Item laudat G. B. Tafuri *Storia degli scrittori, nati nel regno di Napoli*, tom. II, p. 71; et G. M. Mazzuchelli *Scrittori d'Italia*, tom. II, p. 369, h. v. = Alios quoque exolat Saxius in *Onom. lit.* part. II, p. 338 sq. ad a. 1337, quo in Synodo CPolit. damnatus Græcorum castra deseruit. Add. Schrœkh. *Hist. eccl. Christ.* tom. XXXIV, p. 372 sqq. et de Hesycharum controversiis, p. 431 sqq. ac 437 sqq. (Fabr.)

(b) Conf. Jo. Molleri *Homonymoscopia*, p. 428 sq. (Fabr.)

(c) Sic etiam Fritl. Spanhemius, libro *De papa femina*, p. 264 seq. (tom. II Opp. p. 646) et Hendorfichius in *Pandectis Brandenburg.* p. 418.

(d) Vide *Cantacuzenum*, p. 336; Niceph. Gregor. lib. XI, et *Bibl. Patrum* tom. XXVI, edit. Lugd. p. 4; Lambec. IV, 326. seq.

(e) V. Montfauc., *Bibl. Coislin.* p. 156 sqq. Contra Barlaamum plures scripserunt: e. g. secundum Montfaucon. in *Bibl. biblioth. mss.* p. 11 E, Roma in cod. bibl. Vatic. Decreta synodi cujusdam (Constantinopol.) contra Barlaamum et Acindynum p. 295 B. Florent. in bibl. Laurent. cod. 8, plut. 8. Josaph. Christoduli monachi, alias Jo. Cantacuzeni imper. scripta contra Palamam, Barlaam, Acindynumque hæreticos cum omnibus gestis et actis ea de re: (hunc cod. Laurent. inscriptum, Τόμο; — factus a patriarcha Joanne et synodo contra falsam opinionem Barlaami. copiose recensuit, proœmium, fere totum historicum, Græce exhibuit integrum, et nomina eorum qui subscripserunt, exscripsit, tum loca scriptorum eccles. in opere citata diligenter enotavit Ban lin. in Cat. codd. Gr. Laurent.

*Romana*, ad Benedictum papam Avenione habitæ. Prior incipit: *Quoniam divinam et adorabile mandatum.* Altera: *Licentia mihi data a vestra sanctitate.* Utraque edita Latine a Bzovio in *Ann. eccl.* ad ann. 1330, n. 25 et 28, et ab Odorico Raynaldo ad eundem annum, n. 19.

2. Ex orationibus ad synodum de unione quædam Græce profert Allatius, *De consensu*, p. 786. Ex oratione secunda de concordia, quæ incipit: *Et πὴν ἑσπέρων ἡμᾶς*, p. 123 et 591, contra Hottingerum. Et ex oratione prima p. 135, incipit: *Ὅτι πὴν πάντες οἱ ἀπὸ Χριστοῦ τῆς ἐπισημίας ἔχοντες*. (Fabr.) Utraque servatur in cod. Matrit. 77. V. Iriart. Cat. codd. gr. Matr. p. 280, sq. et Venet. in cod. Marc. 152. V. Cat. codd. Gr. Marc. p. 84. — ac Paris. in bibl. publ. cod. 1278, n. 3 et 4. — Orat. prima Venet. in cod. Naniano 114, n. 40.

vol. I, p. 342-349. Denique carmen iambicum, quo clauditur totum opus et ab codicis scriptore exaratum est, Gr. cum Lat. versione subjecit: — Montfauc. lib. p. 732, E. A., in codd. bibl. Paris. Gregorii Thessal. contra Barlaam, et Davidis Dyshypati de blasphemiiis Barlaam; pag. 770 A; in Bibl. Radulphi, ibid. contra Barlaam et Acindynum. — Matriti, in cod. Reg. 77 sub fin. David historia, quomodo exorta fuerit perversa per Barlaam et Acindynum hæresis V. Iriarte, Cat. codd. Gr. Matrit. p. 286 seq. — Vindobonæ, in cod. Cæs. 266, Tomus (tertius) condemnationis sectatorum Barlaami et Gregorii Acindyni, a synodo CPolit. compositus et editus a. Chr. 1351, m. Aug., cum subscriptionibus multorum, quas integras reddidit et codicem recensuit Lambec. V, p. 419 sqq. *Ibid.* n. 16, exstat Davidis Historia memorata. — In cod. 274 Macarii, metropolitæ Ancyran, opus contra Latinos et contra Barlaamum atque Acindynum eorumque sectatores, in capp. 120 divisum. V. Lambec. V, p. 458 sqq. Et in cod. VI, n. 14, monach. Hesycharum tomus apologeticus contra Barlaam et Acindyni sectatores; atque n. 15 synodi CPolit. tomus condemnationis errorum Barlaami et Gregorii Acindyni, cum subscriptionibus. V. Lambec. VI, part. I, p. 64 sqq. ed. Kollar. qui in nota laudat Petav., *De theolog. dogmatibus* tom. I, lib. I, cap. 12 et 13. — Davidis Historia etc. August. Vindel. cod. V. Reiseri Ind. mos. p. 27. — Marci monachi adversus Barlaam et Acindynum, in cod. Coislin. 288, de quo v. Montfauc. *Bibl. Coisl.* p. 404 seqq. — *Ibid.* p. 167; in cod. 98 Gregor. archiep. Thessalon. De erroribus Barlaamo et Acindyno ascriptis, add. p. 168 sqq; et in cod. 99, et Venet. in bibl. Marc. p. 274) De erroribus Barlaami et Acindyni. Sed hæctenus. (Fabr.)

(f) Confer Jo. Cantacuzenum, lib. II, c. 39 et 40; III, 98; IV, 23 [ubi refert, tres diversas synodos contra Barlaam, et Acindynum, eorumque sectatores CPoli fuisse habitas, totidemque tomos condemnationis contra eosdem editos], 24. Hist. Bzovium ad ann. 1331, n. 12 seq. et Odorico Raynaldum ad ann. 1341, n. 119 seq.

(g) Leonardi Nicodemi Additiones ad bibl. Neapolitanum Nic. Toppi p. 39 seqq. [qui multorum narrationes et judicia de Barlaamo collegit (Fabr.)

V. Cat. codd. Gr. Nan. p. 252. — In bibl. Mazarin. sunt duo codd., sed a Montfauc. in *Bibl. biblioth. mss.*, p. 1307 C, tantum uno voc. *Barlaam* designantur. (*Hart.*)

3. *Probatio per sacram Scripturam XVI argumentis, quod Spiritus S. et ex Filio est quemadmodum et ex Patre.* Incipit: *Domino Jesu Christo jubente nobis.* Latine edidit Bzovius ad ann. 1333, §. 2.

4. *Responsio ad Demetrii (Cydones) Thessalonicensis epistolam de processione Spiritus S.* Incipit: *Cum accepissem, o amicum mihi caput.* Id. ad ann. 1352, n. 5 et 7. Allatus contra Hottinger. p. 125, 285.

5. *Epistola ad Alexium Calochetum, pro rejuvenculis ad Ecclesiam schismaticis.* Apud Bzovium, ann. 1330, n. 59, Latine. Incipit: *Audivi te admirari de me.*

*Epistola ad amicos suos in Græcia constitutos, de unione S. Romanæ Ecclesiæ.* Incipit: *Quia, o amici et fratres, nihil est.* Exhibet Latine Bzovius ad ann. 1331, n. 43.

7. *Epistola ad amicos suos Græcos de primatu Ecclesiæ Romanæ et de processione Spiritus S.* Incipit: *Quod in primo ad vos misit sermo.* (*Ibid.*) Hæ duæ epistolæ leguntur etiam in tomo quinto, p. 587, *Bibliothecæ maximæ pontificiæ Jo. Thomæ de Rocaberti*, Rom. 1698, fol. Sed quinque hactenus memorata Barlaami scripta ex tom. V. *Antiq. lect. B. Caniali*, [vet. ed., sed in ed. Basnag. tom. IV, p. 361 sqq. ubi p. 363, conf. Basnag. observat. et p. 405. (*Hart.*)] recusa Latine in tom. XXVI *Bibl. Patrum*, edit. Lugd. p. 4-38.

*Contra Latinos (h)*

I. Περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος. (i) *De processione Spiritus sancti.* P. τῆ τῶν θεῶν ἀποστόλων, καὶ τῶν τούτους διαδεχμένων. (*Fabr. Mosqæ* in cod. synod. 71. n. 3, a fol. 247-271, Barlaam contra Latinos. V. *Matthæi Not. codd. Gr. Mosq.* p. 61. — *Ibid.* in cod. 253, contra Latinos de processione Spiritus sancti habet capp. 20. Inc. Τῆ τῶν θεῶν ἀποστόλων. V. *Matthæi l. c. p. 163.* — *Ibid.* in cod. 43, hoc ordine sunt secund. ind. Fabricii, n. 2, n. 21 (cujus vero principium est: Φῆς, ὅτι τῶν ἀδυνάτων ἐστὶ τὸν πᾶσαν μὴ ὀρθόδοξον εἶναι), n. 4, n. 7, ac n. 5. Sequuntur aliorum Græcor. scripta de proc. Spirit. sancti. V. *Matthæi l. c. p. 28.* — *Matrit.* in cod. 77 hoc ordine sequuntur Fabriciano, n. 2, 5, 4, 5, 7, 17, 18, 6, 8, 9, 21, 20, 10, 11 (κατὰ Θωμᾶ λέγοντο; ὅτι μόνη, etc., legitur in cod. *Matrit.* et *Vindob.*), n. 13, 13, 14, 15, 16 et 19. V. *Iriart. Cat. codd. gr. Matrit.* p. 281

(h) Sine causa dubitat Bzovius ad ann. 1331, n. 43, hæc contra Latinos lucubrations Barlaam an impostor aliquis scripserit.

(i) Cum his scriptis, quæ Allatus perlegisse se memorat, multa eadem continere videtur Barlaami demonstratio in duodecim capita tributa, Πρὸς τοὺς τοῦ Πάπα πρῶτος ἀποδείξεις, ὅτι ὑποκειμένου ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐδὲν ἄλλω ἀδυνάτων ἔπεται, οὐδὲ τι τῶν

sq. — *Vindobon.* in codd. Cæs. Vide not. qq. ad n. 1, add. *Montfauc. Bibl. biblioth. mss.* p. 559 D, cod. 37, et p. 562 B. — *Taurini*, in cod. Reg. 315, Barlaami opusc. seu sermones sex adversus Latinos de process. Spirit. sancti. V. *Cat. codd. Gr. Taur.* p. 397. — *Venetis* in libl. Marcianæ cod. 152. decem sermones, nempe ap. *Fabric.* n. 2, 3, 4, 5, 7, 17, 18, 21, 9, 8 et 1; et 153, viginti sermones. In cod. 525, octo serm., et cod. 510, n. 5. *Fabric.* contra Latinos. V. *Cat. codd. Gr. Marc.* p. 84, 85, 284 et 274. — *Paris.* in bibl. publ. 1278, n. 6, est secund. ord. *Fabric.* n. 2, sed incipit *Εἰ μὲν ἀρετὴν τινα* n. 7 et 8; ap. *Fabric.* autem n. 20 et 21. — *Ibid.* in cod. 1185, n. 3. (et in cod. *Mazarin. V. Montfauc. Bibl. biblioth. mss.* p. 1314. C.) Barlaami et Acindyni disput. *de lumine in monte Thabor viso.* — In septem codd. *de processions Spir. sancti* — In tribus codd. *confutatio illorum, quæ a papæ legatis dicta fuerunt*; et in quatuor codd. *de primatu papæ.* — *Venetis*, in bibl. Nonian. cod. 114, septemdecim orat. quas recenset *Mingarell.* in *Cat. codd. Gr. Nan.* p. 231 sqq. — *Ibid.* p. 280, n. 7, cod. 127, est orat. septima indic. nostri *Fabric.* — *Oxon.* in bibl. *Bodleii.* cod. *Selden.* 47 f. n. 3377, *Cat. mss. Angliæ etc.* 1, Barlaam de primatu papæ, processione Spir. S., etc. — *Ibid.*, in cod. *H. Savilli* 10, f. n. 6537 *Catal. dicti, Ecloga ex Barlaami libro de process. Spirit. sancti contra Latinos.* — In cod. *Th. Gale* 109, s. n. 5943, *Cat. epistola ad Nicol. archiep. et quædam alia de process. Spirit. sancti, atque in cod. 235, s. n. 6067 dicti *Cat.* vol. II, excerpta.* — *Mediolani*, in bibl. *Ambros.* de Spiritu sancto sex disputat. et de papæ primatu. V. *Montfauc. Bibl. biblioth. mss.* p. 493 E. (*Hart.*)

II. Ὅτι κειμένου μόνου τοῦ πρώτου αἰτίου τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔχειν τὴν ὑπαρξιν, οὐκ ἀναιρεῖται ἢ κατ' οὐσίαν ταυτότης Πατρὸς καὶ Υἱοῦ. *Supposito ex prima causa Spiritum sanctum existentiam habere, non tollitur identitas, secundum essentiam, Patris et Filii.* P. *Εἰ μὲν χριτὴν τινα ἀμφότεροι εἰχομεν.*

III. Ὅτι ὑποκειμένου ἐκ μόνου Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἀναιροῦνται αἱ προσωπικαὶ διαφοραὶ τῶν τριῶν προσώπων πρὸς ἀλληλο. *Supposito, ex solo Patre Spiritum sanctum procedere, non tolluntur personales differentie trium personarum ad invicem.* P. Ἐπομένως τὴν τούτοις καὶ παρὲ τῶν προσωπικῶν διαληπτέων ἰδιότητων.

IV. Ὅτι ὑποκειμένου ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἀναιροῦνται τὰ

ὀμολογουμένως τῇ Ἐκκλησίᾳ ἀναίρεται δογματῶν. Incipit: Ὁ θεὸς Ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας ἐπιστολῇ infra, n. 6 ins. *Lambec.* VIII, p. 378 seq. V. p. 181. s. VIII, p. 806 sq. ed. *Kollar.* n. 2, cod. 57; et vol. V, p. 381, n. 6. cod. 290, in quo etiam sunt sermones, n. 7 sqq., infra n. 8, 20, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16, *Add. Lambec. et Kollar.* ad n. 3 (sive n. 19, ap. *Fabric.*) col. 89, in vol. III, p. 477 s. 1. (*Hart.*)

παρὶ θεολογίας ῥητά. *Supposito, ex solo Patre Spiritum sanctum procedere, non tolluntur theologica dicta, P. Tisus, ὡς ἄνδρες Λατίνοι, ὑπολαμβάνοντες ὡς καθ' ὁμῶν. [ὡς ἐγὼ καθ' ὁμῶν in cod. Matrit.]*

V. Ὅτι ὑποκειμένου καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, πολλὰ τῶν ὁμολογουμένων ἀναίρεται, καὶ πολλοὶς ῥητοῖς τῶν ἁγίων ἐναντία εἶναι ἡ τοιαύτη ὑπόθεσις. *Supposito, etiam ex Filio procedere Spiritum sanctum, multa ex iis, quae confitentur, tolluntur, et multis dictis Sanctorum adversatur hoc argumentum. P. Ὅταν εἰς λόγους ἀλλήλους ἐρχόμεθα.*

VI. Ὅτι ὑποκειμένου ἐκ μόνου Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐδὲν ὅλως ἀδύνατον ἔπεται, οὐδέ τι τῶν ὁμολογουμένων τῆς ἐκκλησίας ἀναιρεῖται δογμάτων. *Supposito, ex solo Patre procedere Spiritum sanctum, nullum omnino absurdum sequitur, neque aliquid ex iis, quae confitentur Ecclesiae, dogmatibus destruitur. P. Ὁ θεὸς ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας ἐπιστολῇ.*

VII. Ὅτι οὐχ ἀπλῶς ὑπόθεσις του νομίζειν ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ' ἀνάγκη πάσαι τοῖς εὐσεβεῖν αἰρουμένοις ἐκ μόνου τοῦ πρώτου αἰτίου προάγειν τὰ ἐκείθεν ἀχρῶνως ἐκλάμψαντα, καὶ κεφαλαϊώδης ἐκθεσις τοῦ ἡμετέρου λόγου. *Non esse simplex argumentum, existimare, ex solo Patre procedere Spiritum sanctum, sed necesse esse, quae ius dici vult, ex sola prima causa educere, quae inde sine tempore susceperunt, et comprehendissa nostri dogmatis traditio. P. Ὅτι μὲν οὖν ὑποκειμένου ἐκ μόνου τῆς πρώτης αἰτίας.*

VIII. Δόγμα Λατίνων γραφὴν ὑπὸ τῶν πρέσβων τοῦ πάπα, εἶτα τοῦ αὐτοῦ ἡ τοῦτου ἀνασκευῆ. *Dogma Latinorum, scriptum ab oratoribus papae: sequitur ejusdem consultatio. P. Ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς μία εἰς ἀρχὴ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.*

IX. Λέγοντος, ἡ παρὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. *Legatus sive de Spiritu S. P. Τεθίσασαι τὴν ἐπιστολὴν, ἣν ἐναγχοῦ τῷ τε πατριάρχῃ.*

X. Κατὰ Θωμᾶ λέγοντος, ὅτι οὐ κατὰ μόνον τὰ πρὸς τι διαφέρουσι ἀλλήλων τὰ θεῖα πρόσωπα. *Contra Thomam, dicentem, non per solam relationem differre inter se divinas personas. P. Θωμᾶς μὲν σὺδὲνα τρόπον διαφορᾶς ἐν τῇ Τριάδι οἶεται εἶναι.*

XI. Πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι μόνῃ ἡ πατρότης συστατικόν ἐστὶ τῆς ὑποστάσεως τοῦ πρώτου αἰτίου τὸ δὲ ἀγέννητον οὐδαμῶς. *Ad eos, qui dicunt, solam paternitatem constitutivam esse hypostaseos primae causae, ingenitum vero negantiam. P. Οἱ παρὶ τὸν Θωμᾶν κατὰ μόνον τὴν τῶν πρὸς τι διαφορὰν διακρίνουσιν.*

XII. Πρὸς τοὺς πρέσβεις, ὅτι ἐναντίας περιπίπτουσι δόξαις. *Ad oratores (pontificis) contrariis eos*

*implicari sententiis. P. Ὁ μάλιστα τῶν ὁμητῶν θαυμάζω, τοῦτ' ἐστίν.*

XIII. Πρὸς τοὺς πρέσβεις, κοινὴ ἀναγκαῖα πάντων τῶν συλλογισμῶν, οὗς ἐκτίθενται οἱ Λατίνοι, περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος. *Ad oratores, communis refutatio omnium syllogismorum, quos adferunt Latini de processione Spiritus sancti. P. Πᾶς ὁρθῶς ἔχων συλλογισμὸς, ἡ ἀποδεικτικὸς τυγχάνει ὢν.*

XIV. Πρὸς τοὺς πρέσβεις ἀπόδειξις ὅτι καὶ οἱ μετὰ τοὺς ἀποστόλους θεῖοι Πατέρες ἡμῶν ἐκ μόνου τῆς πρώτης αἰτίας, καὶ ἄμφω τὰ αἰτιατὰ ἔχειν τὸ εἶναι ὑπελάμβανον. *Ad oratores, demonstratio, sanctos Patres nostros, qui apostolos subsecuti sunt, ex sola prima causa causata habere esse existimasse. P. Ἐκεῖνο δὲ πάντως οὐκ ἀγνοούμενον, ἦτι καὶ οἱ μετὰ τοὺς ἱεροῦς.*

XV. Ἀπάντησις (m) πρὸς τὰ ἐπιχειρήματα, ἃ πρὸς αὐτὸν εἶπεν ὁ ἀρχιεπίσκοπος Βοσπόρου περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος. *Responsio ad argumenta quae ad ipsum protulit Bospori archiepiscopus de processione Spiritus sancti. P. Ἡ, ὅτι Πατὴρ καὶ Υἱὸς θέλημα ἐν.*

XVI. Λόγος συντεθειμένος ἐκ διαφόρων τμημάτων τῶν τοῦ θεολόγου λόγων, ὅτι δὲ καὶ τοῦ μεγάλου Βασιλεῖος ἀρμόδιος καὶ πρὸς τοὺς σοφοὺς τῶν Λατίνων λέγεσθαι (o). *Oratio, composita ex diversis orationibus theologi sectionibus, nec non magis Basilii; opportune etiam ad sapientes Latinos recitabitur. P. Ἐπειδὴ τὸ ἀπλοῦν καὶ ἀπερίεργον τῆς θείας ἡμῶν.*

XVII. Πρὸς τοὺς ἀντιλογικοὺς τῶν Λατίνων. Ὅτι ἀδύνατόν ἐστιν αὐτοῖς πρὸς Γραικοὺς διαλεγόμενους διὰ συλλογισμῶν ἀποδειξαι, ὅτι τὸ μόνος ὁ Πατὴρ ἀρχὴ καὶ πηγὴ τῆς θεότητος. *Ad contradicentes Latinos, impossibile esse, dum ipsi cum Graecis sermonem conferunt, per syllogismos demonstrare non esse solum Patrem principium et fontem deitatis. P. Ὅτι μὲν οὖν ὁμῆτερα ὑπόθεσις πολλοῖς τῶν ἁγίων ῥητοῖς ἐναντίως ἔχει.*

XVIII. Πρὸς τὰς κυριωτέρας τῶν Λατίνων ὑποθέσεις, ἐξ ὧν οἴονται δεικνύουσι, ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἔχει τὴν ὑπαρξιν. *Ad praecipua Latinorum argumenta, quibus se demonstrare existimant, Spiritum sanctum etiam ex Filio existentiam habere. P. Ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων τῶν κατὰ τὸν βίον ἀγώνων.*

XIX. Περὶ τῆς τοῦ Πάπα ἀρχῆς. *De principatu papae, adversus Franciscum alique. Incipit: Oά περὶ τὰς ἐπιστήμας δεινός. Cum Joannis Luydi versione prodiit primum Oxon. 1592, 4, et ad calcem Nili archiep. Thessalonicensis, De primatu papae Romani, cum Salmasii quindecennis castigationibus. Ha-*

(k) Ἐναντίως ἔχει in cod. Mosq. 43. (Harl.)

(l) Προάγει. in cod. Mosquens. 43 (Harl.)

(m) Lambec. V, p. 182. [p. 382 Kollar. in cod. Vindub. et Matrit. legitur: Λέγοντος ὅτι κατὰ μόνον, omisso negatione οὐ quod sententiae Thomae

repugnare docet Iriarte l. c., p. 282, in nota. (Harl.)

(n) Boivinus p. 774, ad Gregoram.

(o) Lambec. V, p. 183. [p. 383 Kollar.]

nov. 1608; 8, p. 180 225 [Conf. Nicodemi Addizioni A cit. p. 59 seq.] Et post ejusdem Salmasii jam viri librum *De primatu papæ*, Lugd. Bat. 1645, 4. Etiam Latine ex Luydi versione legitur in Goldasti *Monarchia imperii*, tom. 1, pag. 242 seq. Francof. 1668, fol. Et Græce Londini in 4, f, a p. 22-30, cum Nili libello et expositione Gabrielis Severi, *Contra eos, qui Ecclesias orientales schismatis reus peragunt*.

Deo, qui est commune omnium principium, voluerit mente transire, per supercælestes, et cælestes et inferiores naturas, et cum his videre Veteris Testamenti facta, et quæcumque alia providentiæ acceptantis sunt in universo opere, indubitabiliter ita se habere in omnibus inveniet. Et convenienter. Ut enim ait Theologus in primo de Filio sermone: Pluralitas principiorum, et carentia principii, initialia sunt inordinationis. Ex hac autem oritur solutio. Solutio vero omnino est Dei alienum. Quapropter et factus propter nos homo, et duodecim eligens viros, quos sapientia decorans, niisurus erat ad nostri generis reconciliationem, his principem et caput superstatuit Petrum, primum aliorum eum constituens: per ea, quamvis communiter omnibus data, singulariter ipsi et manifestius tradita. Ligandi enim et absolvendi potestatem, atque pastoralis ministerium, quæ et ante resurrectionem et post per communia et alia verba omnibus dederat, specialiter et expressius Petro dat, ipsi dare pollicens claves regni cælorum, et super eum Ecclesiam suam firmissime ædificare, et ejus fidem nunquam deficere, et suos ipsam fratres confirmare, et adhuc pascere totam Ecclesiam ter ei præcipiens. Quia enim per hæc caput ipsum aliorum apostolorum constituere Dominus, et hoc intendebat, multa hujus argumenta esse possunt.

Primum enim, si nihil differentius ab aliis per ea Petrus accipiebat, non facile invenietur alia causa, ob quam, nihil frustra faciens Sapientia, hæc

#### BARLAAMI CONTRA LATINOS.

παρατήν παραδοθεῖσαν ἐκκλησιαστικὴν ἀκολουθίαν, C  
ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, ὥστε κρατεῖν καὶ ἐπὶ τῇ Ῥωμανῶν Ἐκκλησίᾳ ἀπαρταλεῖσθαι τὸν κανόνα τὸν διαγορευόμενα. Εἰ τις κληρικὸς εὐριθείῃ τῇ ἁγίᾳ Ἰουριακῇ νηστεύων, ἢ τὸ Σάββατον, πλὴν τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου, καθαιρεῖσθαι· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφορίζεσθαι. ἢ ἰσὺς τούτων ἔρα τῶν κανόνων δῆλον, ὡς αἱ σύνοδοι καὶ κατὰ τῆς Ἐκκλησίας τῆς Ῥώμης ἐνομοθέτου.

#### ΚΕΦΑΛΑΙΑ.

Ἵτι δὲ μόνος τὸς δυτικὰς Ἐκκλησίας ὑπὸ τοῦ πάπα οἰκονομεῖσθαι οἱ ὅλγοι Πατέρες διετάξαντο, τῶν δὲ λοιπῶν ἄλλας ὑπ' ἄλλον ἀνάγεσθαι πατριάρχην, καὶ μὴ ἐξίνας τινα ἐπὶ τὴν ἑνορίαν τὴν μὴ σὺτῶ προσήκουσαν, εἰ χρῆ καὶ λέγειν, τοσοῦτων κανόνων ταῦτα διοριζομένων; Πλὴν, τοὺς ἄλλους ἀφελὲς, ἀνάγνωθι τὸν ἔκτον καὶ ἑβδόμον κανόνα τῆς πρώτης συνόδου, καὶ τὸν δεύτερον τῆς δευτέρας, καὶ τὸν εἰκοστὸν ὄγδοον τῆς τετάρτης, καὶ γνώση σαφῶς ὃ νῦν εἶπον.

#### ΚΕΦΑΛΑΙΑ. ΙΒ΄.

Ἄλλ' ἢ μὲν οὐδὲ ἐπιτεῖται τινὶ τῶν πατριαρχῶν ἢ τῶν μητροπολιτῶν ἢ τῶ παπά δογματίζειν, ἢ καινὸν τι ποιεῖν ἄνευ τῆς γνώμης πάντων τῶν ὑπ' αὐτὸν, πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων τοῦτο κελευδόντων κανόνων, ἰδίως δὲ τριακοστοῦ τετάρτου τῶν ἀποστόλων, ὃς φησι, Τοὺς ἐπισκόπους ἐκάστου ἔθνους εἰδέσθαι χρῆ τὸν ἐν αὐτοῖς πρῶτον, καὶ ἡγεῖσθαι αὐ-

τὸν ὡς κεφαλὴν, καὶ μηδὲν τι πράττειν χωρὶς τὸν ἄνευ τῆς ἐκείνου γνώμης· ἐκεῖνα δὲ μόνον πράττειν ἐκαστον, ὅσα τῇ αὐτοῦ παροικίᾳ ἐπιβάλλει καὶ ταῖς ὑπ' αὐτὸν χώραις. Ἄλλὰ μὴδ' ἐκεῖνος ἄνευ τῆς πάντων γνώμης ποιῆτω τι. Ὅθεν γὰρ ὁμόνοια ἔσται, καὶ δοξασθήσεται ὁ Θεὸς διὰ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.

#### ΚΕΦΑΛΑΙΑ. ΙΓ΄.

Σὺ δὲ ἂ μὲν περὶ τῶν προνομίων τοῦ τῆς παλαιᾶς Ῥώμης θρόνου διέθεντο οἱ Πατέρες ἄνω καὶ κάτω προσβάλλεις, καὶ ἀσέβειαν τῶν ὅπως δήποτε ἀνθισταμένων καταγινώσκεις· ἂ δὲ οἱ αὐτοὶ περὶ τῆς ἰσοτιμίας τοῦ τῆς νέας Ῥώμης θρόνου οὐχ ἄπαξ ἀλλὰ καὶ πολλάκις ἐθέσπισαν, ἄνευ οὐδενὸς λογίζῃ. Καὶ ὅτι μὲν τὸν πάπαν πρῶτον εἶναι τῶν ἄλλων ἐδικαίωσαν, ἐπιμαλῶς ἔγνωσ· ὅτι δὲ τὸν τῆς νέας Ῥώμης ἐπίσκοπον τῶν ἰσῶν ἐξισῶσθαι ἐκεῖνον προσέβλεπον, καὶ ὡς ἐκεῖνον ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς μαγαλύεσθαι πράγματι ἐνομοθέτησαν, ἐκὼν παρετρέχεις. Καὶ ποῖα ταῦτα, ὧ πρὸς Θεοῦ, δικαιοσύνης ἐχόμενα; Ἐγὼ μὲν οὖν οὐκ ἂν ποτε περὶ ὁμῶν φθέγγασθαι τι βλάσφημον προσχεῖν· εἰ δὲ τις, ὅτινι δὴ ποῦ ὁμῶν βραχὺ δὴ τι καὶ μέλει, φιλαρχίαν κατηγορήσεις, πλεονέκτας τε καὶ ὑπερηφάνους ἀποκαλῶν, εἰ δὴ ποῦ πρὸς τοῦτον ἀπολογήσῃ; Εἰ τοίνυν ὁ πάπας οὐτε τῆς τῶν πατριαρχῶν χειροτονίας τὸ κύρος ἔχει, οὐτε ἔξασιν αὐτῶ ἄνευ τῆς πάν-

singulariter Petro loquebatur. Deinde et evangelistæ et in Evangelis et in Actis, ubicunque commemorant Petrum cum aliis, vel omnibus, vel aliquibus, semper et ubique ipsum aliis præordinant. Quod non utique observanter facerent, nisi scirent, eum primum aliorum a Domino constitutum. Invenio etiam apostolos illi ut suo primati semper cedentes. In Actibus enim, aliis apostollis pariter cum eo existentibus, ipsum video semper sermonem inchoantem, alios vero sequentes. Deinde et illud considero, quod cum ea quæ sacramenti incarnationis magis sunt necessaria, sicut est crux, passio, mors, resurrectio, per quatuor evangelistas plenius scribantur, ea vero quæ in tantum non sunt necessaria, ab aliis omittantur, ab aliis dicantur: illa per quæ Petri primatus ostenditur, tanquam existentia illorum quæ magis sunt necessaria, et a quatuor conscripta sunt, tanquam valde necessaria sit, omnes scire, cui Ecclesiæ principatus a Domino ereditus est.

At vero et divinus Dionysius in tertio *De divinis nominibus* verticalem theologorum summitatem magnam Petrum nominat: et ex tunc universa Ecclesiæ, addito ipsi divino Paulo, summos apostolorum Petrus et Paulum nominat, illum similiter præordinans. Quare undique manifestum est, ab ipso Domino Christo ipsum accepisse aliorum principatum. Et hoc valde decenter. Quoniam enim

#### BARLAAMI CONTRA LATINOS.

των γνώμης τι καινὸν δογματίζουσιν· καὶ τὸν ἡμέτερον πατριάρχην τῶν αὐτῶν ἐξιοῦσθαι προσβίων, καὶ ὡς ἐκείνων ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς μεγαλύνεσθαι πράγμασιν οἱ θεῖοι νόμοι διακελεύονται· πῶς ἡμᾶς ὑπακούειν καὶ πειθεσθαι τῷ πάπᾳ ἀναγκάζετε, οὐδὲ ὑπὸ τῶν ἀγνωστάτων ἡμῶν πατριαρχῶν ποιμαίνεσθαι νόμος; Εἶτα πῶς αὐτῷ πειθεσθαι οὐ κελεύεις, ἀκίνητα φυλάττοντι τὰ τῶν θεῶν Πατέρων ὄρια, καὶ μηδὲν τῶν θεῶν δογμάτων παρακελεύονται ἢ τοῦναντίον; Ἄλλὰ μηδέποτε γίνονται ἂν ἡμᾶς εἰς τοσοῦτον ἐλληλακίναί μαρίας, ὥστε ὀρθόδοξον ὄντα καὶ πανταχοῦ τῶν Πατέρων στοιχοῦντα, ἀποστερηθεῖσαι αὐτὸν τῆς τιμῆς, ἣν οἱ Πατέρες αὐτῷ δεδώκασι. Εἰ δὲ τῶν θεῶν παραδάτης ἐστὶ νόμων τε καὶ δογμάτων· τί ζημίαν ἤγειρετε εἰ μὴ καὶ ἡμεῖς σὺν ὑμῖν ἀπολλύμεθα; Εἰ δὲ καὶ αἰρετικὸν ὄντα καὶ παραδογματιστὴν οὐδὲν κωλύειν φασὶ καὶ οὕτω διδόντες εἶναι τοῦ Πέτρου, καὶ τὰς κλεις τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας ἔχειν, οὐκ ἀντιλέγοντες. Διδόχοι μὲν ἵστανται, ἀλλ' ὡς νόσος ὕγιαιας, καὶ ζάλη γαλήνης, καὶ σκότος φωτός. Κλεις δὲ τῆς οὐρανῶν βασιλείας ἔχει οὐ τὰς ἀνοιγούσας, ἀλλὰ τὰς κλειούσας καὶ μηδένα εἰσεῖναι παραχωρούσας· τῶν αὐτῷ ἐπιμένων.

#### ΚΕΦΑΛΑ. ΛΓ'.

ΦΡΑΓΚΙΚΕΟΣ. Ἄλλ' ἀδύνατον τὸν πάπᾳν αἰρε-

(1) Leo Allatus in *Constitutione fabulæ de p-pissa*, p. 249, putat Barlaamum scripsisse λεγαμένου, *dicta*, non γενομένου, *facta*; notat præterea,

A oportebat eum, qui erat proprie et vere aliorum apostolorum princeps, non semper eis corporaliter adesse, sed secundum corporalem presentiam relinquere eos: unum de duodecim vice sua principem aliorum præponit, hominem hominum, ut facta dispensationis, neque in hoc aliis providentiam operibus appetianda sunt. Sed videamus reliqua.

Multi nostrorum doctorum aiunt pontifices quidem locum obtinere duodecim apostolorum: presbyteros vero, Septuaginta. Ergo primi pontificum apostoli sunt. His adhuc prior quidem primitus Christus. Secundo vero et ab omnium primo constitutus, ad habendam principandi rationem ad alios, beatus Petrus. Quid igitur? oportetne, pontificale quidem ministerium non in ipsis apostolis circumscribi, sed etiam successoribus ipsum tradi, usque ad fines sæculorum, ut semper in mundo sint pontifices successores eorum; pontificatus vero primatum in ipsis oportebat finire, ut quemadmodum in illis factus est aliquis decreto Dei primus, quem alii pro capite suo ducebant, hoc nequaquam ad reliquos transeat, ut alii aliquem unum suum principem putent; sed omnes per omnia cœquales sint? Et ex qua differentia hoc deberet contingere, ut pontificale quidem ministerium transeat ad successores: principandi vero officium, secundum pontificatum minime, cum utraque similiter essent a Domino ostensa, et similiter multitudi-

τικὸν εἶναι. ΒΑΡΛΑΑΜ. Τί φησὶ, ἀνθρώπος; νεκρὸν βλέπω, καὶ λέγεις μοι εἶ ἀδύνατον ἀποθανεῖν; ΦΡΑΓΚΙΚΕΟΣ. Ἄλλὰ πατριάρχαι μὲν πολλοὶ ἐν τοῖς ἀρχαίοις χρόνοις αἰρετικοὶ ἐγένοντο, πάπᾳς δὲ οὐδὲ εἰς. ΒΑΡΛΑΑΜ. Οὐκοῦν λεγέτωσαν καὶ οἱ παρὶ Μακεδόνιον εἶ ἐπειδὴ πρὸ αὐτοῦ ἐπίσκοπός τις Κωνσταντινουπόλεως αἰρετικὸς οὐκ ἐγένετο, οὐδ' αὐτὸς ἄρα. Ἡ μᾶλλον, ἵνα οἰκισιτέρῳ χρήσωμαι παραδείγματι, εἰ τις ὑπὲρ τοῦ ἀκολάστου ἐκείνου γυναιῶ τοῦ γενομένου (1) πάπᾳ ἀπολογισθεῖαι ἐθέλοι· λεγέτω, εἶ ἐπειδὴ τῶν πρὸ αὐτῆς οὐδὲς γυνὴ ἦν, οὐδ' αὐτὴ ἄρα· καὶ πῶς ταῦτα σώφρωνος λογισμοῦ;

#### ΚΕΦΑΛΑ. ΙΕ'.

Ἐπει δὲ εἰς Ἐκκλησίαν Ῥωμαϊκὴν καὶ πίστιν Ῥωμαϊκὴν καὶ αὐτοὺς πιστεύειν ὁμολογεῖτε, καὶ τοὺς ἄλλους οὕτω πιστεύειν ἀναγκάζετε, δεῖ καὶ περὶ τούτων διαλαβεῖν. Διαφέρει παρὰ τοῖς ἄλλοις Πατράσι ἡμῶν Ἐκκλησίαν Ῥωμαϊκὴν εἶπαι, καὶ καθολικὴν Ἐκκλησίαν. καθολικὴν μὲν γὰρ Ἐκκλησίαν λέγοντες, τὸ σύστημα νοοῦσι τῶν ἀπανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ὀρθόδοξων Χριστιανῶν, τῶν ἀκίνητα καὶ ἀσάλευτα τὰ τῆς εὐσεβείας δόγματα διατηρούντων. Ῥωμαϊκὴν δὲ Ἐκκλησίαν εἶπαι εἰπωσι, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν ἄλλων κατὰ τὴν οἰκουμένην μερικῶν Ἐκκλησιῶν τοῦτο λέγουσι, καθάπερ ὁ εἰ-  
Barlaamum hanc fabulam refutasse dum Benedictum Leoni immediate successisse narrat, ubi de pontificum serie agitur. Edit.

fideliū necessariā existant? Vel quomodo u. c. a. l. ter providentiæ opus esset, omniā sapienter administrantis, apostolus quidem providete, ut habeant primatē, quos ita gratia erat perfectura, ut non indigeant in multis duceū hominem habere: post illos vero multitudines fidelium in principatas. et inordinatas deserere ferro? Ego enim contrarium credo, ideo Petrum principem aliorum constitutum fuisse, ut secundum eandem formam semper in Ecclesia ad unum reducantur omnes principum. Sed quoniam pontificatum quidem ad multos transire impossibile erat, ideo licet multi in diversis locis, et foris partibus episcopi, a beato Petro creati fuerunt, ut de eo Chronica indicat, et omnes possibile est nominari successores ejus, secundum utraque, pontificatum aīo, et primatum, solus beatus Clemens, successor ejus ab ipso substituitur.

Ipse enim in quadam ad Jacobum epistola ita (1) narrat: quod divinus Petrus ante paucos dies sui corporalis finis, convocata tota Romana Ecclesia, constituit eum coram omnibus vice sua illis episcopum, dicens ad illum quidem: Tibi do omnem traditam mihi a Domino potestatem; ad plebem vero, ut in omnibus illi tanquam sibi attendant. Itaque ex tunc aliarum quidem civitatum pontifices invenies, nihil ut plurimum æstimantes oportere curiosius agere, ultra illa quæ ad suam diocesem per-

linebant; Romanos vero pontifices a beato Clemente incipiendo, tanquam totius orbis prælaturam et curam habentes; universalia administrare mox ordientes, ad universos regulares epistolas (2) mittentes, et quæ ubique peccabantur corrigere nitentes, et quod agendum erat omnibus sistuentes: ut potest hoc sciri, si quis regulares epistolas Romanorum pontificum a beato Clemente usque ad sanctum Sylvestrum discurrere voluerit: in quibus non paucā inveniet contenta, etiam eorum, quæ nunc Ecclesia Græcorum facit ab illis pontificibus instituta et originem habentia. Unde quod in machina universi contingit, quod quæ longinquus a Deo distans, procliviora sunt ad peccandum, et minus determinata et mutabiliora; quæ vero propinquiora sunt, eadem in bono permanentiora, et stabiliora et magis determinata: Idem etiam in Ecclesia profecto contingit. Plurimam enim et deterrimam hæreses in partibus vagis a Romana distantibus ortæ sunt; Romæ vero vel prope, auctores hæresum facti non sunt. Matre enim Ecclesiarum omnibus veritatis radios emittente, profecto continebat propinquiores magis quam longinquiores; clarius illuminari: cum autem divina providentia, respublica ad Christianos venisset, piorum imperatorum legistatores, Constantius et post eum Justinianus, consequenter superiori traditioni et possessioni, legibus et decre-

#### BARLAAMI CONTRA LATINOS.

κοστό; τέταρτος κανὼν τῆς ἐν Καρθαγίνῃ συνόδου, C ἢς καὶ τὰ δόγματα διατηροῦντες τυγχάνομεν ἡμεῖς οὕτω λέγων· « Ἦρσαν ὡστα περὶ τῆς διχανοῖας τῆς Ῥωμαϊκῆς καὶ Ἀλεξανδρινῆς Ἐκκλησίας πρὸς τὴν ἀγιώτατον πάπαν Ἰννοκέντιον γραφῆσαι, ὅπως ἑκάτερα Ἐκκλησία πρὸς ἀλλήλας εἰρήνην φυλάξουσιν, ἥ ὁ Κύριος παραγγέλλει. » Οὕτως δὲ ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν Καθολικὴν Ἐκκλησίαν, Ῥωμαϊκὴν ποτε εἶπεν. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον, καὶ πιστὴν Καθολικὴν εἶπεν λέγων, ταύτην νοοῦσιν, ἣν ἅπαντες οἱ ὀρθόδοξοι Χριστιανοὶ ὁμολογοῦσιν, ὅπουπερ ἂν τυγχάνοιεν. Πιστὴν δὲ Ῥωμαϊκὴν τὴν τῶν Χριστιανῶν πιστὴν, οὐδεὶς, οὐ μανεῖς, εἶπεν. Ἐνομοθέτησαν δὲ οὐκ εἰς Ῥωμαϊκὴν ἢ πιστὴν ἢ Ἐκκλησίαν, ἀλλ' εἰς Καθολικὴν ἢ κοινὴν καὶ πιστὴν καὶ Ἐκκλησίαν ἡμᾶς πιστεύειν· ἣν πιστὴν καὶ ὁμολογίαν καὶ φυλάξαμεν, καὶ εἰς τέλος, Θεοῦ φρουροῦντος ἡμᾶς, φυλάξομεν. Ἦ ποῖος μάρτυς τυράννων ποτὲ παρεστῶς, ἢ αἰρετικῶς ἐκ πλάνης ὁδοῦ αὐτοῦ ἐπιστρέφων, ἐν τῇ τῆς πιστεως ὁμολογίᾳ εἰπέ-τι-τοῦτοῦτον, ὅτι Πιστεῦσα εἰς Ῥωμαϊκὴν ἢ πιστὴν, ἢ Ἐκκλησίαν; Τίς δὲ τοιαύτην ὁμολογίαν ἀπήτησεν ποτὲ τίνα, τὴν ἡμετέραν ἀνατρομένην γε εὐσέβειαν; Οὐτ' οὖν ἡμᾶς δίκαιον εἰς Ῥωμαϊκὴν Ἐκκλησίαν φάναι πιστεύειν, ὅθ' ἡμᾶς εἰς Καθολικὴν. Ἡμᾶς μὲν γὰρ ἄτε τοῖς τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας ἐμμένοντα νόμοι; καὶ σώας καὶ ἀσκήρους τῆς ἐκείνης παραδόσεως φυλάττοντας, ἀναγκαιότατον εἰς αὐτὴν πιστεύειν ὁμολογεῖν,

ἢς καὶ τὰ δόγματα διατηροῦντες τυγχάνομεν ἡμεῖς δὲ οἱ τὰς τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας παραδόσεις ἀθετήσαντες, καὶ ταύτας εἰς οὐδὲν θέμενοι, ξένα τίνα καὶ ἄλλότρια ἀντιεσέθεν δόγματα, πῶς ἂν εἴητε δίκαιοι ἢν ἠθετήσατε Ἐκκλησίαν, εἰς ταύτην αὐτοῖς πιστεύειν ὁμολογεῖν; Ἀναγκαῖον ἄρα πρὸς ἀντιδικαστολὴν ταύτης τὴν Ῥωμαϊκὴν Ἐκκλησίαν προβάλλεσθαι. Οὕτω γὰρ ἂν διεκνύοιτε φανερώς τῆς καθολικῆς πιντάκασιν Ἐκκλησίας ἐκπεπωκέναι. Τὰ μὲν γὰρ κοινῇ ἀπάση τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ νομοθετηθέντα ὑπὸ τε τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ τῶν ἁγίων Πατέρων ἡμῶν, αἰσχυρόμενοι, καὶ ὑπὸ τῆς συνεδήσεως ἡλεγχόμενοι, φυλάττειν ὁμολογεῖσθε· ἂν δὲ τις ἡμᾶς ἐρησεί, Πῶς τὸν δεῖνα ἢ τὸν δεῖνα παραβαίνετε νόμον; ἐπὶ τὴν ἐξουσίαν εὐθύς, ὡς ἐπ' ἀκρόπολιν τίνα, καταφεύγετε· ὁμοῖον τι τοῖς τυράννοις ποιοῦντες, οἱ λόγῳ πείθειν ἀποροῦντες τοῖς μάρτυρας, ὄρῃν εἰς αὐτοὺς διὰ τῆς ἐξουσίας οὐκ ὤκνοον τὰ χεῖριστα. Ταῦτα μὲν ἄλλοι.

#### ΚΕΦΑΛΑ. ΙΓ'.

Δεῖ δὲ με ἀνακαταλωσάμενον τὰ διὰ πλειωνων δεδειγμένα τέλος ἐπιθεῖναι τῷ λόγῳ. Πρῶτον μὲν οὖν ἀπέδειξα, ὅτι ἕκαστος τῶν ἁγίων ἀποστόλων καθολικὸς ποιμὴν τε καὶ διδάσκαλος τῆς οἰκουμένης ἀπάσης ἀμέσως ὑπὸ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ προεβλήθη· δεύτερον, ὅτι ὁ μακάριος Κλήμης οὗ τῆς οἰκουμένης ἐπίσκοπος, ἀλλ' ἰδίως τῆς Ῥώμης,

(1) Nistor Barlaam epistola Clementis ad Jacobum, quæ eo incilius spuria probatur, quod scripta fuerit non nisi post mortem Petri, cum longe ad

superas evasisset illo Jacobo, cui inscribitur. Basil. (2) Canonicas decretales.



us ejusdem Ecclesie primatum statuunt, in parte pietatis hoc facientes, manifeste determinantes Romanam Ecclesiam oportere habere rationem ad reliquas omnes, et ipsi convenire omnium dominiari, et omnia retractare, et quæ ubique de fide et dogmatibus dubitantur, ad ipsam referri, et ibi convenientem examinationem et definitionem consequi; atque Sardicensis concilii canones, omnium aliorum pontificum sententias judiciales, si quis ad ipsam appellaverit, ipsam oportere retractare, et confirmare, vel irritare, similiter statuunt; et generalia quædam concilia, novæ Romæ episcopum honorare volentia, oportere ipsum habere deternunt primatum post episcopum antiquæ Romæ; et quod omnium maximum est, quod et in canonibus et legibus nullius Ecclesie sedes apostolica nominatur, nisi tantum Romanæ. Unde multi magni viri de Orientali Ecclesia arbitantes, se injuriam esse passos, ad sedem illam refugerunt: Magnus Athanasius, sanctus Maximus; sed neque beatus Chrysostomus suum ignoravit caput. Passus enim maximas injurias, ad tunc santissimum papam omnia refert. Qui quantum in se erat, manum auxiliatricem dare injuriam passo, nullo modo neglexit. Sed et Agapetus sanctissimus papa, cum advenisset novam Romam tempore Justiniani imperatoris, quoniam vidit Antimum patriarcham quamdam hæresim defendentem, illum quidem deponit de sede: Menam vero, virum orthodoxum, in patriarcham creat. Et cum aliquando quatuor patriarchæ cum imperatore adversus venerabiles imagines implesissent, non paucisque annis huic hæresi perseverassent, atque ad defendendas honorabiles figuras communia quædam concilia, quæ generalia esse et nominari probabant, celebrassent, et suis decretis beatum Stephanum se subscribere cogere voluissent: repudiast eos ille sanctus, non ex alio, nisi quod non habebant consentientem Romanum pontificem, dicens: hujusmodi synodum non debere generalem nominari, illo absente, quo sine non li-

cet fieri generale concilium; et si fiat, robur non habere: quanquam Ephesinum concilium nihil impedivit generale et esse et nominari. Neque Antiocheno patriarcha presente, neque Constantinopolitano assentiente; et Chalcedonense similiter, Alexandrino patriarcha non assentiente.

Neque igitur generale concilium, neque aliud quidquam ad universi utilitatem, unquam celebratum est sine illa sede. Et ex illa quidem Ecclesia nulla hæresis superioribus temporibus ortum habuit: nulla vero aliunde ortarum occidit sine illius providentia. Omnibus quidem modis, quibus juste aliquid possideatur, totius Ecclesie illa primatum obtinuit sedes, scilicet divina sententia, apostolorum institutionibus, synodorum canonibus, sanctorum decretis, multitudinis assensu, et quod omnibus superioribus temporibus pie et rebus communibus utiliter dominium exercuit. Nam etsi aliquis semel illorum pontificum alicui hæresi assensus est, sed non in longum, aut de longo hujus remedium. Statim enim eadem Ecclesia, adversata ei, illorum oratione, sede simul et vita privatur. Quid autem si decus ipsum et utilitatem queramus? nonne videbitur decentius esse, et per omnia, ut ita dicatur, utilitas, et Dei erga nos pietate dignius, ut illi genti totius orbis præfatura atque cura credatur, quæ legibus et civili doctrina maxime omnium gaudet, quæ omnem infinitatem, et inordinationem, et inæqualitatem, et violentiam, et injuriam et detractionem de republica, ab initio consuevit extirpare, quam alteri cuicumque?

Quæ enim alia causa inveniri potest, ob quam etiam ante incarnationem Verbi, quatuor secundum Daniele magnorum illorum regnorum, soli novissimo et Romanorum, totus orbis a providentia Dei, commissus est, nisi quod Romani humanius et civitius, et legalius, et æqualius subditis utebantur?

Quia vero Romanorum Ecclesiam principem esse

#### BARLAAMI CONTRA LATINOS.

ὡς περ ἄλλος ὑπὸ τοῦ κορυφαίου χειροτόνηται, καὶ οὕτως πρῶτος οὕτως ἰσχυρὸς ὁ Ῥώμης ἦν θρόνος, ὑπὸ τῶν ἁγίων Πατέρων ἡμῶν καὶ τῶν εὐσεβιστάτων βασιλέων νομοθεσίας πρῶτος ἐγένετο· τρίτον, ὅτι καὶ τὸν τῆς νεῆς Ῥώμης θρόνον καὶ ὡς ἐκείνον ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς μεγαλύνεσθαι ἐθέσπισαν πράγματα· τέταρτον, ὅτι οὕτως νόμος τις κελεύει, οὕτως συνήθεια κεκράτηκε τοὺς πατριάρχας ὑπὸ τοῦ πάπα χειροτονεῖσθαι, καὶ μὴ οὐδὲ ἐγένετο πέμπτον, ὅτι οὐκ ἐξηρχεν ὁ πάπας τῶν συνόδων, ἀλλ' αἱ σύνοδοι καὶ τῆ περὶ αὐτὸν Ἐκκλησία ἰνομοθέτουσαν ἔκτεον, ἥτις διεκρίθη ὑπὸ τῶν θείων Πατέρων ἡμῶν τίνων κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐκκλησιῶν ὑποκεῖσθαι δεῖ τῷ πάπῃ, καὶ τίνων ἐκάστῳ τῶν λοιπῶν πατριάρχων· ἔβδομον, ὅτι οὐκ ἔξεστί τινα τῶν πατριάρχων ἢ τῷ πάπῃ περιττὸν τι δογματίζειν ἀνευ τῆς πάντων γνώμης· ὄγδον, ὅτι

ἐμμένοντι μὲν τῷ πάπῃ τοῖς τῶν Πατέρων δόγμασι χρῆ ἀπονέμειν αὐτῷ τὴν αὐτὴν τιμὴν, ὅσην οἱ κανόνες διορίζονται· δίκαιον γὰρ, μὴ ἐμμένοντα, φεύγειν αὐτὸν ὡς λύκον καὶ λυμῶνα τῆς Ἐκκλησίας· ἔνατον, ὅτι εἰς τὴν καθολικὴν Ἐκκλησίαν καὶ πίστιν πιστεύειν δεῖ τοὺς Χριστιανούς, καὶ οὐκ εἰς μερικὴν· οὕτως γὰρ ἐξ ἀρχῆς νομοθέτητο· δέκατον, ἐπὶ πάνσιν ὅτι μέρος ἀποκεκομμένον τῆς ὁλότητος τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας ἐστὶ καὶ νεκρωμένον οἱ τὰς τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ τῶν ἁγίων Πατέρων ἡμῶν ἀθετήσαντες παραδόσεις, καὶ εἰς μερικὴν Ἐκκλησίαν καὶ πίστιν πιστεύειν ὁμολογούντες. Οἷς δὲ οὐδὲν οὐδέπω τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας παραδόσεως νενομίσται προτιμότερον, οὗτοι θῆπου τὸ ὑγιαῖνον ὑπάρχουσι μέρος, οἷς καὶ μόνους εἰκὸς εἰς Ἐκκλησίαν καθολικὴν φάναι πιστεύειν. Ταῦτα μὲν οὖν ἐγὼ δίκαιον ἔκρινα πρὸς τὴν σὴν

aliarum Ecclesiarum, opus est omnia decorantis et utiliter disponentis Providentiæ, certum est ex illo: si quis enim considerando hominum dispositiones et voluntates, et naturales eorum passiones, quæcunque communiter omnibus accidunt, et quæcunque aliis aliter contingere possunt, atque humanarum rerum, sive illarum quæ in nobis non sunt, velocem mutationem, et cum his olim ortas hæreses atque temporalis dominii in tot separationem, animo velit videre, quænam tota subsequuta essent, si omnes Ecclesiæ ita prorsus divisæ essent, ut altera alterius non dominaretur, inveniet pro certo infinites melius esse, et ad decus et ad utilitatem, alias sub aliis ordinatas esse, et postremo omnes sub una, quam si aliter se haberent. Ego enim arbitror, quod cum multis aliis adversis, quæ possent contingere, illud certissime contigisset; quod neque accensæ hæreses extinctæ essent, et aliæ tot hæreses et terrores vigerent, ut divisi ita ab invicem Ecclesiis, cœquales essent, qualibet videlicet ex multa potestate suam defendente. Quo nihil esset Ecclesiis fœdus et perniciosius. Ergo si qua nunc est Ecclesia habens et faciens quæcunque oporteret et habere et facere eam quæ ex Deo esset aliarum dominatura: hæc est quæ divinitus dominium habet, et cui rite convenit dominari, atque aliis ei credere.

At vero Ecclesia Romana videtur in integrum et habere et facere, quæcunque oporteret eam, quæ ex Deo esset aliarum dominatura, et habere et facere.

Primum enim oporteret digne omnium dominaturam ex viris collectam esse, qui quantum domino, tantum sapientiæ et morum virtute excelleret alios. Hoc vero abundanter illa habet; si quis enim voluerit videre sacrum illum circa papam senatum, et eos qui circa illum sunt, inveniet Ecclesiam illam non solum ad unamquamque aliarum comparando, sed simul ad multas, et multitudine elegantium virorum, et scientiæ speciem omni, et morum benignitate et honestate, quam plurimum aliis præeminentem.

Item oportet bene omnium dominaturam, nullo modo subditam esse temporali dominio. Quoniam enim facta Ecclesiæ correspondent animæ, temporale vero dominium corpori; et est concedentius animam dominari corpori, quam e converso: congruum utique est et conveniens, Ecclesiarum dominium nullo modo subditum esse principum huius mundi dominio.

Etiam utile, ut neque meta ullius dominii minus rectum facere vel concedere cogatur, neque aliquis contra voluntatem de jure electorum insiliat sedi. At vero Romana Ecclesia olim hoc bono ditata est, et

ipsa liberata omni mundana tyrannide, et suis membris omnibus eandem impartita est libertatem.

Tertium vero et maximum, oporteret immortalis Ecclesiæ principatum in aliquo incorruptibili suo robore et firmitate habere, et non corruptibili, ne hoc corrupto res ecclesiasticæ labantur. Quod ut plurimum regibus contingit; quibus in pecuniis et exercitiis et virorum consiliis, et humanis legibus, et aliâ civili virtute, suam virtutem habentibus, subditæ eis civitates, rebus mutatis, cum vident et possibile sibi, et sine periculo, et suis rebus expediens, servitutis jugum excutere, non verentur hoc facere. At vero illa, in quibus firmitas Romanæ Ecclesiæ consistit, cœlo et terra sunt permanentiora. Virtute enim verborum Domini ad Petrum, subditæ ei gentes contremiscent eam et metuunt, et ab ipsa discedere a Deo discedere esse, virtute illorum verborum omnes putant.

Item si perquiratur, quænam sint congrua opera divinitus omnium dominantis Ecclesiæ, inveniet eadem ipsa et Romanæ. Oportet enim primo natu divino omnium dominantem plurimum esse sollicitam, ut ubique et omnibus et semper evangelicus prædicetur sermo, ut et si non aliud, sed ea quæ in promptu sunt, et offerri possunt sacramenta nostræ religionis et salutaria Domini præcepta et consilia, et quid a quolibet exigendum est, nullus qui magno nomine ceusetur et divina luce signatus est, ignoret. Item schismaticos, et per epistolas et per nuntios, nisi ad se revocare, vel rogando, increpando, admonendo, hortando, redarguendo, multis Christianis pro posse auxiliari pecunia, si habet, et per se petentes adjuvare hortando, et injuriam passos et ad eam refugientes defendere, omnium peccata quoquo modo corrigere conari.

At hæc omnia, et si quod alterum legaliter principanti congruit, summe Romana Ecclesia facere videtur. Alia vero orbis Ecclesiarum nulla est, quæ habeat et faciat quæcunque oporteret divinitus dominaturam habere et facere.

Quoniam ergo movens meas cogitationes, undique invenio per omnia melius esse, ut sit aliqua Ecclesia, sub qua aliæ ordinatæ sint, et has perquirens, solam video Romanorum et habentem et facientem, quæcunque oporteret, divino beneplacito, omnium dominaturam et habere et facere: non possum, providentiam esse credens, Romanæ Ecclesiæ majestatem, et sublimitatem fortunæ et casui dare, et non in maximis providentiæ operibus et solemnissimis, et hoc computare.

Ex his igitur primatum illius Ecclesiæ sufficienter demonstratum esse puto. Venio rursus ad Petri processione.

#### BARLAAMI CONTRA LATINOS.

ἀγάπην πέμψαι, πανταχοῦ τῆς ἀληθείας φροντίσας, καὶ μὴδὲν κατὰ πάθος εἰρηκῶς· σὺ δὲ ταῦτα δεξιόμενος καὶ ἀναγούς, εἰ τι ἂν σχολῆς ἀντειπεῖν ἢ

πᾶσιν ἢ τοῖς ἢ ἐνὶ γὰρ αὐτῶν, ἐχέτω τὴν πίστιν ὁ σὸς λόγος ἐξ ὧν εἴπομεν ἀρχῶν, καὶ μακροθύμως ἀκούσόμεθά σου.

*Huc usque Barlaamus de primatu, imo contra primatum Papæ.*

## De processione Spiritus sancti.

Quoniam multis annis post septem generalia A concilia vidit eadem Ecclesia aliquos eorum qui denuo consueverant in hæreses frequentius delabi, asserentes Spiritum sanctum ex solo Patre procedere, et minime ex Filio, et sermonibus persuasibilibus ex humana mente hoc dogma affirmantes; propinquiores vero sibi multitudinem, et ad hæreses semper tardiores a principio sapientem Spiritum sanctum a Patre Filioque procedere: quid eam quæ semper consueverat, hujusmodi controversiis finem congruum imponere, et unitatem omnibus monstrare, oportuit facere? silentio rem præterire, et ordinem suum deserere? Sed non erat hoc ejus. An ad Aristotelicas methodos, et Platonicas divisiones, et mathematicas demonstrationes, et cogitationes humanas recurrere, et ex illis quæsitorem veritatem perquirere? Sed neque hoc decrevit facere, sciens profecto hanc rem transcendere omnem humanam et mentem, et methodum, et demonstrationem. Quid igitur fecit? ad suos doctores, quos longis sursum temporibus pro sanctis habuit, recurrit, beatos, Augustinum, Ambrosium, Hieronymum, et Gregorium, et horum scripta perscrutata, videt eos tanquam ex uno ore, multis locis et frequentius Spiritum sanctum ex Patre et Filio procedere asserentes. Et neque usque ad hoc stat. Sed et orientalis Ecclesie Patres perquirit, et videt horum similiter plures et principaliores, id ipsum sapientes, reliquos vero minime omnium dicentes, præter unum scilicet Damascenum, qui videtur contrarium dicere. Quamquam non dicit ipse, quod Spiritus sanctus non est ex Filio, sed quia non dicitur ex Filio. Δ. vero videtur et ipse dicere Spiritum sanctum a Patre per Filium emanare, et imaginem esse Filii Spiritum, et ad Patrem ita se habere Filium et Spiritum, quemadmodum ad solem se habent radius et illuminatio, quæ utraque ex sole quidem sunt, sed per radium aut illuminationem nobis dari. Ex quibus videtur et ipse non penitus contrarium tenere. Ipsum enim illuminationem et ex sole per radium esse dicere, et rursus ex sole et radio, verum est: quemadmodum et in Trinitate. Quorum enim est communiter auctor Pater et Filius, hæc et utroque modo dici verum est, et ex Patre D per Filium: et ex Patre, et ex Filio.

Tantum itaque Patrum concordiam cum vidisset, et propter rei magnitudinem adhuc his non contenta, convocat ad se universos Ecclesiarum prælatos, ad inquisitionem communicandam. Uno itaque verbo his qui voluerunt interesse simul congregatis, et omnibus post factam rei congruam inquisitionem, ad idem consentientibus, denique apostolica auctoritate, hoc esse quod oportet credi, declarando determinat, et contrarium dicentes in portione hæreticorum decernit.

Quæ igitur erit nunc mea excusatio, si nolero

quiete obedire, sed tantorum Patrum et Matris Ecclesiarum sententiæ, de re vincente vires naturalis cogitationis præposuero meam cognitionem? neque illud valens considerare, quod indignum erat penitus divina providentia, non solum illam Ecclesiam sublimare, et cæpuit catholicæ Ecclesiæ a principio facere, quam novit insanabiliter casuram et indinitas multitudines secum dimissuram, sed et cum a rectis cecidit dogmatibus, adhuc magis magnificare, et omnibus bonis ditare; eam vero quæ recte e a principio restitit, contrarium pati permittete?

Ego vero et aliud cogito, quod portas inferi nunquam adversus Ecclesiam prævalituras esse, cum sit verissimum, olim portæ inferi adversus Ecclesiam Dei prævaluerunt, siquidem Romana Ecclesia cecidit. Nam si Ecclesia soli quidem hujus partis sunt, ut secundum multitudines eos ad se convertant, nullo penitus existente, qui publice prædicando populum confortaret in fide perseverare, et res ita adhuc se habeat, ut in primo misso ad vos sermone recitavi: jam adversus Ecclesiam portæ inferi prævaluerunt. Sed hoc falso existente, cogor Romanam Ecclesiam orthodoxam in omnibus putare, et hanc solam esse cum sibi subjecta multitudine, unam, sanctam, catholicam, et apostolicam Ecclesiam, in quam credere jubemur, et adversus quam portæ inferi neque prævaluerunt, neque unquam, Deo ipsam tanquam novum Israel regente, prævalebunt.

C *Epistola Alexii Caloceti ad dominum Barlaamum, episcopum Gyruensem, petens ab eo quorundam librorum Latinorum translationem propter bonum unionis.*

Tuas communiter ad amicos missas epistolas cum vidissemus, ego et nostræ civitatis tui amici, horum quibus recte contradici possit, nihil in eis invenimus. Ignota vero penitus a nobis multa vidimus. His enim in secunda epistola, signum esse ejus, quod Romana Ecclesia a principio omnium dominabatur, quia Romani pontifices, a beato Clemente incipiundo, tanquam totius orbis curam gerere debentes, universalia administrare mox cæperunt: ad universos regulares epistolas mittentes, et ubique peccata corrigere nitentes et agendum statuentes. Ex quibus epistolis multa eorum quæ nunc etiam in Ecclesia Græcorum sunt, principum habuerunt.

Nos vero neque has epistolas vidimus, neque putavimus in Græca lingua ipsas nunc esse. Item ais beatum Ambrosium, Gregorium, Hieronymum dicere in suis scriptis, Spiritum sanctum et ex Filio procedere: quæ scripta nos similiter non vidimus. Item ais, quod Romana Ecclesia de eodem ipso convocavit universos Ecclesiarum prælatos, ad communicandam hujus inquisitionem, et his qui voluerunt interesse simul aggregatis, et omnibus post convenientem factam inquisitionem, ad idem con-

sentientibus, ipsa postremo declarat, id ipsum oportere credi, et contrarium dicentes, in portione hæreticorum ordinari decrevit: in his quasi generale concilium ais factum esse de proposito; quod nondum usque nunc audivimus. Rogamus itaque te communiter omnes, per Deum ipsum, ut siquidem tibi possibile est, et prædictas sanctorum illorum pontificum epistolas, et sermones dictorum trium beatorum virorum, in quibus proposita quaestio continetur, et adhuc acta prædictæ communis congregationis, convertens ad linguam Græcam, transmittas nobis ipsa. Nam si his visis, de quibus dicis, informabimur, bene scito, quod controversiæ nostræ cum Latinis ex maxima parte solutæ erunt.

*Epistola sapientissimi et doctissimi viri Demetrii B Thessalonicensis ad eundem dominum Barlaamum, episcopum Gyracensem: in qua ponens omnia dubia sua de processione Spiritus sancti posita ab eo doceri, quibus modis adductus sit credere Spiritum sanctum et ex Filio procedere.*

Cum olim tu, partibus nostris dimissis, ad Occidentem abiisses, ibique de cætero commorari voluisses, nos qui radiis tuæ sapientiæ illustrati, multis ignorantæ tenebris liberatos nos esse putabamus, rursus tuæ absentæ tenebris incidentes, tanquam in nocte vitam ducebamus, sicut solis occidentis, et amplius non oriri sperati, privationem lugentes. Sed nuper fama quadam subito audita, et ubique circumcurrente, et splendide clamante, te non post multum ad novam Romam adventurum, conversi nos, quis digne explicabit, quanta lætitia repleti fuimus? Quoniam vero non in longum quidem venientes ad nos de Byzantio, applicuisse te jam illuc pro certo annuntiabant, non amplius sobriis hominibus similes esse ex gaudio videbamur: ita furentis erga te amor nos effecit. Vere enim matutina lætitia videbatur, ad vespertinam demorato letui successisse, rursus in Oriente tanquam splendido sole relucente, et jucundissimum mane nobis efficiente.

Itaque præparamus nos quotquot amici tui, quam velocissime ad te venire. Sed omnibus ad iter necessariis præparatis, et nobis proponentibus immediate inde recedere, veniunt quidam, rursus illinc recessisse te de civitate, et ad nigrum Pontum abiisse nuntiantes. Quo auditu perculsi nos, et ad profundum tristitiæ demersi, vix potuimus nosmet resumere, philosophia mutabilitatem rerum humanarum considerantes, et nosmetipsos consolantes. Verum dicebant se a te audisse talia, quod omnis necessitas sit confiteri, Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedere: quod qui negant, necessario sunt hæretici, et schismatici. De his itaque præ omnibus æstimarem ipsum te audire, et tecum de omnibus perquirere: non propter aliquam contentionem, ut aliquis putaret, sed quoniam non est verisimile te, quem differenter novimus virtutem et veritatem per vitam colentem, et de nulla re litigiosis verbis gaudenti, neque victoriæ avidum, cuiquam

A unquam disputantem irrationabiliter, sic ex opinando, ex solo Patre procedere Spiritum sanctum, conversum esse ad prædicandum, quod etiam ex Filio: nisi aliqua idonea necessitas ad hoc te impulisset, quæ philosophanti anime satisfacere posset, ut amplius alio non indigeret. Libenter vellem tuo conventu a te discere, quidnam fuit illud, quod te ad hoc necessitas perduxit. Quod ego semper plurimi faciens, ad aliquid certum de his venirem. Et multa a multis audiens, et his, qui ad solum Patrem Spiritum sanctum referunt, et his, qui ad Patrem et Filium: nondum usque ad hodiernum diem de verbis illorum intelligere valui aliquam necessitatem, qua altera dictarum opinionum stabilisset mihi sufficienter mentis motum. Ergo si quod te ad hoc coegit, est aliquid eorum quæ scriptura tradi possunt, precor te per amicitæ custodem, ut quoniam ad verba tibi ventre Deus non dedit, hoc mihi per scripturam significare nullo modo neglexeris. Si vero divinitus tibi ad hoc facta esset aliqua occulta illuminatio; primum quidem rogo, ut sanctis præambulationibus id ipsum nobis a Deo petas; deinde ut etiam per scripturam nos admoneas, quibus exercitiis principale nostrum purgantes, talis illuminationis capaces efficiamur.

Ut igitur magis valeas scire, quo modo nos curare te oporteat, necessarium mihi videtur, et particulariter exponere, quomodo usque nunc neutrorum verba potuerunt me cogere eis assentiri. Et primum dicendum est de Latinorum opinione.

Quatuor sunt genera argumentorum, per quæ illi semper conantur suam fortificare conclusionem.

Quorum primum est, quod per substantialem et naturalem Patris et Filii identitatem argumento communem facit. Supponatur enim, tanquam ab omnibus concessum, Patrem et Filium unam esse Deum, et unam substantiam, sive naturam, sive essentiam; ex hoc syllogistice ad propositum veniunt.

Secundum est, quod ex personali Filii et Spiritus sancti differentia quaesitum invenire tentant. Aut enim quaerentes quomodo possit personaliter Spiritus a Filio distingui, aut duarum emanationum differentiam distincte expressam supponentes, et ordine per media procedentes suam assequuntur conclusionem.

Tertium est, quod ex dictis divinæ Scripturæ id ipsum conantur colligere.

Quartum est, quod per natura nobis insitas notiones demonstrare propositum putant.

Primi quidem generis argumenta non cogunt me ad hanc causam. Duos esse motus accepimus eorum quæ de Deo prædicantur. Alia enim eorum sunt naturæ et substantiæ, et quasi substantialia: quæ videlicet et divisim de qualibet trium personarum prædicantur, et simul de tribus singulariter, et bonum, sapiens, omnipotens, veritas, et alia. Non enim dicimus Patrem, Filium et Spiritum sanctum tres esse sapientes, vel bonos, vel omnipotentes vel

alia, sed tres unum esse sapientem et omnipotentem et bonum, quemadmodum et unum Deum. Alia vero sunt personalia et significativa personarum inter se relationis; quæ videlicet nullo modo possunt singulariter de tribus simul prædicari. Non enim tres unus est Pater, vel unus Filius, vel unus Ingenitus. Talius igitur est, et spirare Spiritum et principium esse hujus. Non enim tres personæ unus spirator est. Quare hoc suppositum esse in sola ingenita persona, non faciet differentiam substantialem ejus et Filii, nec corrumpet eorum secundum substantiam identitatem. Nam cum ingenita persona habeat æqualiter et generare et spirare, et non magis alterum quam alterum, licet ab altero, tanquam a magis noto, nominetur Pater: quemadmodum substantialis identitas ejus et Spiritus sancti non cogit Spiritum, ut et ipse generet, sed etiam non generante ipso, salvatur ejus secundum substantiam ad ingenitam personam identitas; ita certe substantialis identitas ejus Patris et Filii non cogit et Filium spirare Spiritum, sed etiam, ipso non spirante ipsum, salvabitur utique ejus ad Patrem substantialis identitas. Quapropter nihil magis moveri possum per hujusmodi argumenta.

Sed venio ad secunda, quæ videlicet ex personali differentia Filii ad Spiritum faciunt syllogismum. Certum est, quod ex re penitus ignota, et neque intelligi, neque dici potente nihil syllogistico concludi et inveniri potest. At vero præclari nostrorum sanctorum doctorum testimonio, quanquam personaliter differre Filium a Spiritu consistentes, tamen interdixerunt nobis investigare hujus differentiam modum, dicentes, penitus impossibile esse, a quoquam in carne viventium hujusmodi differentiam distincte intelligi et exprimi. Quare quid ex ea concludi possit?

Video rursus nonnullos Latinorum ita aperte et distincte exprimentes differentiam, qua differt Spiritus sanctus a Filio, ut etiam per quoscunque homines, si solum quantumlibet ex parte mente utuntur, possit intelligi. Ergo cum nihil videatur, propter quod hi fide digniores et majoris auctoritatis illis in tantis rebus æstimentur: nequeo magis his quam illis credens, quæ exinde concludunt recipere; et ideo neque per hujusmodi argumenta persuaderi mihi potest.

Eundem igitur sit et ad illa, quæ ex divina Scriptura argumentantur. Primum quippe de his illud communiter considero, quod si esset impossibile cuijbet, propositorum per eos dictorum sensum alium primum et sufficienter se habentem coaptare, ita solum necessarium esset, quod ipsi ex eis concludunt. Quoniam vero non magis, ut ipsi intelligunt, quam ut alii, possunt eadem intelligi, neutrorum sermones cogere me valent. Nam hoc ipsum quod Spiritus sanctus multis locis Scripturæ dicitur esse Filii, propter solam quam habet cum eo secundum

A substantiam unitatem: quia una est eorum substantia, virtus, voluntas, sapientia et actus, et propter hæc sola dicitur esse hic ejus. Quemadmodum e converso Dei Verbum gladius dicitur secundum Apostolum Spiritus<sup>1</sup>.

Alius rursus dicat, quia non solum propter quæ tu dicis, verum etiam ut ex hoc intelligamus Spiritum sanctum, et ex ipso Filio procedere: ego cogitans, quod etiam secundum illum sensum tantum sufficienter posset Spiritus sanctus Filii esse, hæsito et non habeo, cui magis assentiar.

Similiter mittitur multis locis Scripturæ Spiritus a Filio. Ergo si unus dicat, quod quemadmodum Filius, propter in carne ad nos manifestationem et adventum dicitur mitti etiam a Spiritu sancto, ut in Isaiâ scriptum est<sup>2</sup>: ita et Spiritus sanctus, quoniam in aliquibus signis nobis manifestatus est, et ad nos venisse temporaliter dicitur, quæ signa significabant quidem solummodo ipsum Spiritum, facta vero erant a tota Trinitate; propter hoc tantum, et non propter aliud, dicitur et a Filio mitti; alius item dicat, quod non solum propter hoc, sed ut cum his adhuc et illud intelligamus, quia Spiritus et ex Filio procedit: perpendens ego rursus, quod etiam si non procedat Spiritus et ex Filio, tamen et secundum illum sensum tantum sufficienter utique diceretur ab ipso mitti: eadem similiter detentus sum dubitatione.

C Rursus in sacra Scriptura ex Filio accipere dicitur Spiritus, et ab ipso insufflante dari<sup>3</sup>. Ergo si unus dicat, quoniam ipse Dei Filius magna quadam dixerat de Spiritu sancto: quia adversus eum blasphemia irreversibilis est, et quia ipse omnia docet et annuntiabit et diriget ad omnem veritatem, et simpliciter charismatum distributionem ipsi attribuerat: ut non æstiment apostoli, vel post eos fideles, majoris dignitatis ac potentie esse Spiritum quam Filium: ideo solum et non propter aliud dixit, quod Spiritus sanctus ex eo accipiet, quæ nuntiabit, et insufflando ipsum dare ostendebat, ut neque majorem eo Spiritum putemus, et nos deificantiæ charismata communia esse Filii et Spiritus sancti credamus; alius rursus dicat, quia et propter hoc, et adhuc ut intelligamus, et ex ipso Filio processionem Spiritus: cogitans ego, quod et secundum illum sensum tantum sufficienter se posset habere Scriptura, non video causam ob quam magis Latino credam.

Item Patrem et Filium unum esse in Scriptura scriptum est, et omnia quæ sunt Patris, etiam et Filii esse. Et ex hoc concludunt illi suum dogma. At verò si quis dicat: O Latini, nihil magis ex his necessarium est Filium principium esse Spiritus, quia etiam ex persona Spiritus sancti dici posset: Ego et Spirator unum sumus, et omnia quæcumque habet Spirator mea sunt. Sed nihilo magis ex his Pater esset Spiritus sanctus. Ergo si quis hæc dicat, quid

<sup>1</sup> Ephes. vi, 17. <sup>2</sup> Isa. lxi, 1. <sup>3</sup> Joan. ix, 22.

magis Latini persuasibilia dicent? Ego enim non perspicio.

Item ubi dicit Apostolus: « Dominus Jesus interficit Antichristum spiritu oris sui<sup>1</sup>, » illi ipsi Spiritum sanctum dictum esse ibi credentes, id ipsum concludunt. At etiam hic potest dici, quoniam nos nihil ita facile efficiamus, quam illa quæ insufflando solum facimus; volens Apostolus ex nostra translatione ostendere, quam facillimum est Christo interficere Antichristum, et nullam habens ei difficultatem, spiritu oris ejus dixit apostatam interficiendum, minime ibi Spiritum sanctum intelligi volens.

Hæc ergo si quis dixerit, hæsitandum mihi videtur omnino, cui magis concedendum sit.

Item ubi scriptum est Deum charitatem esse<sup>2</sup>, et charitatem ex Deo: illi charitatem dici Spiritum sanctum accipientes, illam videlicet, qua Pater diligit Filium, et Filius Patrem, concludunt, alia quædam per medium addentes, ex utroque ipsum procedere, mihi nihilo magis ex his persuadentes. Quare? primum, quia non nimis certum est utrum Spiritum sanctum ibi intendebat beatus Joannes; nihil enim impedit, et ita exponere dicentem, ubi dictum est: Deus charitas est, ibi de ipso Trino Deo ipsam charitatem prædicari, illo modo, quo ait sanctus Dionysius, etiam omnium entium nomina posse de Deo secundum causam prædicari, et maxime nobilissima et divinissima, sicuti est Bonitas, Vita, Pulchritudo, Lux et similia; ubi vero dicitur: Charitas ex Deo est, ibi ipsum charitatum affectum quo Deo et nobis invicem unimur, ex ipso Trino Deo nobis dici adesse illo modo, quo et omne bonum et honestum ex Deo nobis esse dicimus.

Deinde si quam maxime ipsum Spiritum sanctum in illis nominat charitatem Apostolus, unde patet, utrum illam charitatem ipse intelligit, qua Pater diligit Filium, et Filius Patrem, sed non magis indifferenti modo, et simili, ipsum charitatem nominavit: sicut etiam Filius vel Pater, vel tota simul Trinitas, charitas nominatur: quemadmodum et alia charismata attribuuntur singulariter Spiritui sancto, quæ nihil minus et toti Trinitati eodem modo congruunt. Cæterum et Filius sapientia quidem Patris nominatur<sup>3</sup>, sed non ita illa sapientia est, qua Pater intelligit Spiritum sanctum, et hic Patrem, ut ex hoc concludatur, ipsum Filium ex Patre simul et Spiritu sancto generatum esse.

Ego itaque, ut ad te explicem passionem animi mei, multo difficilius habeo ad recipiendum, quod Patre et Filio diligentibus invicem eorum dilectio constituit alteram personam ipsum Spiritum sanctum, quam ad recipiendum, quod Spiritus sanctus et ex Filio procedit. De hoc enim ejus veritatis cupiditate cogitanti, nullæ mihi suspiciones intrant, ne forte sit verum illud Aristotelis: Quanto magis perquiro et cogitatione volvo, tanto incredibilius

nihil videtur; nam de divina Scriptura non ita patet, ut animam per se verum quærentem, ab omni removeat ambiguitate. Si vero a sacra Scriptura, et fide nobis traditis, penitus recedentes, ad naturalem rationem recurrere velimus; miror si unum Deum simplicissimum in tribus perfectis personis per solam naturalem rationem, tanquam aliquid eorum, quæ mathematice demonstratur, invenire poterimus.

Agno ergo fidei ratione complectentes videamus quæ necessitas sit ut Patris et Filii charitas sit illo modo Spiritus sanctus. Itaque si idem simpliciter est Patri generare Filium, et diligere Filium; et generatio ergo est idem simpliciter quod charitas, qua Pater diligit Filium, et per consequens, ipsa Filii generatio Spiritus sanctus est, quod non modicum mirandum est, et maxime si genitum, principium est suæ generationis. Si vero aliud est Patri generare Filium, et diligere vel intelligere ipsum, adhuc magis est mirandum, quomodo generatio quidem qua Pater generat Filium, non constituit aliam personam, neque intellectio, qua Pater intelligit Filium; diligere vero ipsum non potest, nisi dilectio illa tertiam constituat personam: et maxime cum sit possibile dicere, quod Spirator diligit et intelligit Spiritum, et Spiritus diligit et intelligit Patrem et Filium: ex qua dilectione vel intellectuone nulla alia constituitur persona.

Item unitatem et aduexum Patris et Filii dicere Spiritum, ita ut ex utroque esse concludatur: neque ipsa Scriptura cogit me, et naturalis ratio mihi magis persuadet recipere, principia uniri per principium, quam principia per principiatum. A quo enim multa habent esse, ab eodem etiam habere unum, rationabile mihi videtur. Dicere vero quod principia habent ex principis esse: principia vero habent ex principiatum unum esse, omnino mihi videtur carere ratione. Si vero est alia ratio de his mea ratione verior, quam ego nunc non intelligo, tamen quandiu illam non intelligo, necesse est me teneri ab hac quam nunc intelligo. Dicta quidem Scripturæ, quæ allegant, pene prædicta sunt. Ego vero neque ex his, neque ex aliis quilibet possum ad hoc intelligere indubitabilem omnino necessitatem, et penitus stabilitatem veram mentem eorum adesse conclusionem.

Restat ergo quartum genus videre, quod ex communibus notionibus argumentationem proposui tacit. Hæc quæ dicuntur communes notionem, sive, ut Aristoteli videtur, de sensibilibus per sensus imprimuntur animo, sive, ut Platoni videtur, ipsæ sunt substantia intellectualis animæ: utroque modo de his rebus sunt, quarum intelligendo dominati apprehendimus eas et tangimus, et quas intelligentes ipsa intellectuone comprehendimus et circumplectimur. Proinde et illa quæ ex eis ostenduntur, indubitabiliter demonstrata esse putamus.

<sup>1</sup> II Thess. II, 8. <sup>2</sup> I Joan. IV, 8. <sup>3</sup> I Cor. I, 24.

At vero quæ de Deo sunt, ea supersubstantialia, et A super intelligentiam, et incomprehensibilia esse didimus: et maxime ea quæ de trino personarum dicuntur, credita quidem sacræ Scripturæ traditione, naturales vero nostras intelligentias fugientia, eo quod nullus videatur in his quæ a nobis intelliguntur, modus Trinitatis: indifferenter per omnia se habens illi super intellectum Trinitati.

Quis ergo est ita tardus mente, ut putet, hujusmodi communes notiones, quæ correspondent his quæ a nobis perfecte intelliguntur, rebus, omnes simpliciter etiam illis, quæ super nostram intelligentiam sunt, congruere? ubi neque quod sunt in naturalibus vere, jam etiam mathematicis conveniunt, vel e converso, neque quod arithmetiis vel musicis rebus correspondent, jam etiam geometricas vel B perspectivæ attingunt. Multo ergo minus putandum est supersubstantialia eisdem necessitatibus servire cum his, quæ sub intelligentia nostra sunt. Non ergo necessarium est, omne quod prædicatur affirmative vel negative de illa re, quæ nostra intelligentia comprehenditur, hoc etiam de illa re, quæ transcendit nostram intelligentiam, similiter prædicari.

Ergo aut nulla hujusmodi communium notionum usque ad illam supersubstantialem et incomprehensibilem essentiam pervenit: aut aliquæ ita, et aliquæ non. Sed et hoc sufficit. Ergo et hoc concessio, quoniam aliqua discretionem necessaria non habeo conspiciere, quæ earum quæ in entibus veræ sunt notiones, et ad superficiale et superintelligentiam C transferendæ sunt, et quæ non: cum audio Latini ex hujusmodi propositionibus, de proposita quæstione syllogismum; etiam sint in omnibus entibus propositiones veræ, attamen nequies satis discernere ejus generis sunt: utrum illius quod ex entibus ad superessentiale conscendere valeat, an non; penitus ambigo, et dubito conclusioni hujusmodi syllogismi assentiri. Generaliter quidem ita a me ostensum sit, ob quam causam per eorum verba nondum mihi persuasum eis credere. Non erit pejus forte et aliquos particulares syllogismos eorum commemorare.

Audivi aliquando quosdam Latinos ita syllogizantes. Supponentes enim tanquam minorem propositionem, quod Spiritus sanctus realiter differt D a Filio, et addentes tanquam majorem, quod omnia quæ sine materia ab invicem differunt, aut sicut contraria differunt, aut sicut habitus et privatio, aut sicut affirmatio et negatio, aut sicut relativa; deinde ostendentes, quod horum tres præcedentes modi illis divinis personis minime congruere valent; concludebant ergo, quod secundum relativa tantum Spiritus sanctus potest distingui a Filio, et ita per ordinem præcedentes, veniebant ad finalem conclusionem. Sed me minime per hoc moverunt. Ventum enim ad angelos et animas, et mathematicos numeros et horum maxime superficiales et solidos, multa vidi et sine materia pure intellecta, et nullo prædictorum quatuor modorum ab invicem discreta.

PATROL. GR. CLJ.

Quamvis etsi in omnibus entibus videretur major propositio, adhuc restaret ambigere, utrum illarum est propositionum, quæ et in entibus et in superessentiali verificari possunt, an non. Sed differt quidem Spiritus personaliter a Filio, non tamen secundum aliquem a nobis cognitorum in entibus modorum. Et estne vera illa Patrum sententia, quod in hac vita impossibile est distincte et expresse cognosci illud, quo Spiritus differt a Filio? non enim illud erit ausus aliquis dicere, quod necessarium est, aut sciri hujusmodi differentiam, et ad aliquam a nobis notarum reduci, aut nequaquam esse.

Item et talem audivi syllogismum, in quo tanquam minor propositio supponebatur: Quia sicut se habet spirare ad procedere, ita se habet generare ad generari. Tanquam vero major assumebatur, Quia generaliter in omnibus entibus, si sit ut primum ad secundum, ita tertium ad quartum: et permutatis sumptis, est sicut primum ad tertium, secundum ad quartum. Et ex his concludebatur, quod sicut se habet spirare ad generare, ita se debet habere et procedere ad generari. Et quia dicebant spirare et generare concurrentia simul in una persona, scilicet Patre, non faciunt differentiam personalem. Non ergo procedere et generari ipsa per se differentes efficiunt personas. Et ita aliam aliquam personalem differentiam Spiritus ad Filium quærentes postremo veniebant ad concludendum, et ex Filio ergo Spiritum procedere. Me neque hos sequi valente, perquirens enim in me ipso entia, inveniebant in multis majorem propositionem falsam, multis visis, et in substantiis et in quantitativis, et in relativis. Sed primam positionem primi ad secundum, secundum vero primi ad tertium, et secundi ad quartum, non servantibus proportionalitatem: quamvis, ut paulo ante dixi, etsi in omnibus quæ infra mentem nostram sunt, videretur hujusmodi esse verum: incertum adhuc esset, utrum et in illa re, quæ omnem mentem excellit, verum sit.

Item et sic quidam argumentantur: Omnia sunt communia Patris et Filii, præter illa, quibus adversatur eorum inter se relatio. At vero spirantem potentiam non adversatur Patris ad Filium, vel Filii ad Patrem relatio; spirativa ergo potentia Patris et Filii. Ego vero neque huic syllogismo assentior; propter quod utique habet vitium; quod enim quæritur, sumitur ut manifestum; in majore enim propositione per communia et alia verba latenter petit principium.

Nullus enim eorum qui de conclusione ambigunt, majorem concedet propositionem. Cum enim illa persona, quæ ita est ut a nullo sit, æqualiter habeat et generare et spirare: quæritur, utrum ex utraque hæc propria sunt ejus simpliciter: neque Filio, neque Spiritu ea habentibus. An ad Spiritum quidem propria sunt ejus, ad Filium vero non ambo, sed solum generare, spirare vero commune habet cum eo.

Hoc itaque, cum quærat, sumere simpliciter,

quod Pater generare quidem habet solus, spirare. A  
vero cum Filio : quid aliud est quam petitio prin-  
cipii, etiamsi non aperte ponat qui sumit, sed  
per communiora verba eundem occultet sensum ?

Cæterum quid prohibet supponentem similiter,  
quod omnia sint communia spiratoris et Spiritus,  
præter illa, quibus adversatur eorum inter se rela-  
tio ; per similia media concludere : quod et Spiritus  
sanctus genitor est ? Ergo sicut hoc, ita etiam  
illud paralogismus est.

Item alias cum audivissem sumentem quemdam  
ut manifestum, Deum Patrem intelligere et velle,  
et ex intelligendo producentem Filium ; de volendo  
autem Spiritum, et per quedam media alia, quæ-  
stionem concludentem : initio quidem pene credidi,  
tanquam bene esset dictum : paulo vero post ani-  
madvertens, quia, quomodo intelligit et vult Pater,  
eodem indifferentem et Filius, et Spiritus sanctus,  
et tota Trinitas intelligit et vult, et nihilo magis ex  
eis aliter Filius, vel aliter Spiritus emanat : nihil  
necessarium illum dixisse putavi, sed potius multa  
inconvenientia perspexi de hujusmodi sermone  
orientia.

Causæ quidem, per quas non mihi videtur nec-  
essarium esse, per verba eorum sciri vel credi  
Spiritum factum et ex Filio procedere, hæ sunt.

Volo etenim tibi ostendere, et qualiter me habeo  
erga dicta sanctorum nostrorum Patrum, qui id ip-  
sum quod aiunt Latini in suis scriptis dicunt. Ego  
quidem inveni multos, qui hoc sapiunt, scilicet sanctum  
Augustinum, sanctum Gregorium Nyssenum,  
sanctum Cyrillum in dictissimis thesauris et in aliis  
suis dialogis ; sanctum Athanasium et quosdam  
alios. Sed illud arbitror me recte cogitare, quod  
omnium quæ hi docent, illa tantum necessitatem  
habemus recipere, quæ vel ex ipsa sacra Scriptura,  
apertissime et indubitabilissime ostenduntur, vel  
per concilium generale expresse examinata et  
determinata adepta sunt sententiam, ut debeant  
omnes ea admittere, vel etiam per nostram natu-  
ralem rationem satis demonstrari valent. Quæ vero  
non talia sunt, non mihi videtur debitum esse ea  
admittere, neque periculum, non credita et spreta  
nobis inferre. Non enim penitus illius auctoritatis  
æstimamus illos esse, cujus propheta et apostolos,  
ut simpliciter quemadmodum illis, ita et his per  
omnia debeamus parere. Argumentum autem est,  
quod propheta quidem et apostoli de nulla re sibi  
secundum rem ipsam contraria dicunt. Post hos  
vero doctores nimis in multis et non parvis, et ex-  
ponendo Scripturam, et dogmatisando, contraria  
sibi invicem, secundum rem ipsam dicunt : ut sine  
periculo nobis jam fiat, cui volumus asseptiri. At  
vero Spiritum sanctum et ex Filio procedere, neque  
per naturalem nostram rationem comprehensibile  
mihi esse videtur ; neque ex ipsa sacra Scriptura,  
sine omni ambiguitate certissime ostendi, neque

adhuc per generale concilium, quod sciam, ratifi-  
catum est. Ergo etiamsi a multis sanctis id ipsum  
dicitur, nolle assentiri, nullum periculum mihi vi-  
detur esse. Restat ergo considerare auctoritatem  
Romanæ Ecclesiæ, ne necessarium sit, quoniam  
mater est, et prima omnium Ecclesiarum, credere  
simpliciter, quodcumque ipsa semper de Deo dog-  
matizat.

Sed ad hoc evenit mihi rursus hæsitare, ne forte  
in dogmatibus fidei, quibus fidelis ab infideli di-  
stinguitur, non idonea sit illius Ecclesiæ auctori-  
tas, sed requirenda etiam universalis Ecclesiæ.  
Hoc autem dubito ex multis.

Primum, quod in Symbolo fidei non dicimus  
credere in Romanam Ecclesiam, sed in catholicam.  
B Quamquam quid prohibeat etiam illud nos dicere,  
si satis esset ?

Deinde olim in diversis orbis partibus, cum mul-  
tæ ortæ fuissent hæreses et quæstiones, et de Filio,  
et de Spiritu sancto, et de incarnatione, non refe-  
rebantur quæsitæ ad Romanam Ecclesiam, ut ibi  
examinata et determinata omnibus tradantur, ne-  
que alii ad hoc solum respiciebant, quidam illa  
Ecclesia de eis determinaverit, sed generalia ag-  
gregabantur concilia, et totius Ecclesiæ cognitio  
et sententia de dubitatis vocabatur : cum hoc esset  
multo difficilius quam illud. Et quod magis est,  
neque jussu papæ illa concilia aggregabantur, sed  
prout apparet, et per chronicas et imperiales episto-  
las, et per allocutiones ipsorum imperatorum ad  
eos qui in illis conciliis erant, imperialibus cele-  
brabantur jussis. In quibus conciliis, licet primum  
locum papa obtinebat, vel ejus legati, tamen canones  
et determinata dogmata non sunt exposita singula-  
riter ex persona papæ, sed ex persona totius concilii.

Ad hæc igitur mihi respicienti, nimis necessa-  
rium videtur, et in præsentem quæstionem, ut concur-  
rat simul cum Romana Ecclesia, etiam totius Ec-  
clesiæ auctoritas atque cognitio. Siquidem et hoc  
ex debito necessitatis erit credendum. Quid igitur ?  
Ad credendum ne ex Filio procedere Spiritum  
sanctum dico me hæsitare, ex solo vero Patre ip-  
sum procedere, quod multi dicunt, arbitror recte  
dictum ? Multum deficio. Sed si potest dici, multo  
adhuc dubitabilis et incredibilis ad hoc me ha-  
beo.

Primum enim per communes et naturales no-  
tiones ipsum demonstrari, per easdem utique, quas  
et prius dixi causas, impossibile mihi videtur.  
Deinde et in tota sacra et divina Scriptura nullum  
invenitur dictum tale, per quod, non dico aperte  
demonstrari, sed vel conjectura et suspitione per-  
cipi possit, quod ex solo Patre Spiritus sanctus  
procedit. Neque enim quoniam dixit Dominus : *Qui  
a Patre procedit* <sup>1</sup>, ideo statim putari debet, quia  
non ex ipso quoque procedit. Assuetum enim est  
ipsi Salvatore, sua et Patris communia Patri ut

<sup>1</sup> Joan. xv, 26.



plurimum attribueret, non addentem verbo et se. **A** Ut in illis: *Omnis plantatio quam non plantavit Pater meus caelestis, eradicabitur*<sup>9</sup>; et: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus attrahat ipsum*<sup>9</sup>. Quamvis, quis negare praesumpserit, et ipsum Filium plantare in pietate fidelium mentes, et ad salutem attrahere eas? Quare restat et de proposito ambigere, ne forte simile sit illis, quæ Patri attribuuntur quidem, sunt autem aliis communia. Multa enim talia in Evangeliiis reperuntur; ubi etsi distinguendo dixisset: Qui a solo Patre procedit: neque sic tolleretur omnino querere, ne et ex eo procedat. Nam alio loco ait: *Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum*<sup>10</sup>, quamvis et ipse verus Deus existens. Et illud: *Nemo cognoscit Filium nisi Pater*<sup>11</sup>, et, *Patrem nemo cognoscit, nisi Filius*<sup>12</sup>: quamvis et Spiritu sancto similiter cognoscente, et Patrem, et Filium. Quare et in illo si similiter dictum fuisset, posset utique ambigi, ne forte ipsum tale esset, soli quidem Patri attributum, nihilo minus autem et Filii existens. Adhuc autem etsi aperte fuisset dictum: Qui non a me, sed a Patre procedit; et ita nil minus ambigi posset. Multa enim communium dixit neque se habere, neque facere. *Mea doctrina*, ait, *non est mea, sed Patris*<sup>13</sup>; et: *Non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me*<sup>14</sup>. Et: *Sedere a dextris et a sinistris meis, non est meum dare vobis, sed his quibus paratum est a Patre meo*<sup>15</sup>; et: *Horam illam, neque Filius novit, nisi solus Pater*<sup>16</sup>. Quare si illud similiter fuisset dictum, esset adhuc locus ambigendi, ne forte cum his sensu dictum fuisset quamvis commune.

Ubi igitur et assuetum est Christo communia Patri attribuere, et neque distinguendo dixit: Qui a solo Patre procedit; neque, Quod non a me; dubitabile prorsus et ambiguum efficitur, quomodo dixit hoc Salvator: utrum ut intelligatur id solius Patris proprium esse, an volens commune, id est, sibi et Patris intelligi: quemadmodum et alia quæ similiter ab eo dicta sunt. Similiter et in Symbolo fidei, quod Nicænum concilium inchoavit, et Constantinopolitanum consummavit, legitur quidem ita simpliciter: *Qui ex Patre procedit*. Sed utrum ideo non addiderunt, *et ex Filio*, quoniam neque sapiebant hoc ipsi synodorum illarum Patres, nullatenus mihi certum patet.

Primum enim præter ea dogmata, quæ in Symbolo sunt, multa sunt et alia nimis necessaria ad fidem dogmata, et de Deo, et de providentia, de duabus naturis et voluntatibus et operationibus, de una persona, de poenitentia, de sacramento Eucharistiae, de non esse præexistentiam animarum, vel principium substantiale malorum, et de multis aliis.

Circa quæ illos quidem Patres verisimile erat

recte sapere, in Symbolo tamen ipsa non posuerunt. Quare restat ambigere, ne forte et hoc illorum sit, quæ in symbolo quidem non dicuntur, aliter vero ab his creduntur. Quamquam sanctus Athanasius, et magnus Basilius, et frater ejus, qui dicuntur interfuisse prædictis conciliis, manifeste videntur id ipsum, quod Latini dicunt, sapientes. An dicet aliquis corrupta esse horum scripta? sed ego et hoc incerto existente, merito utique ambigo.

Deinde neque hoc servaverunt omnino in Symbolo, ut communia trium personarum vel duarum assignent ut communia, propria vero sola unicuique attribuant, sed e contrario in multis propter compendium, ut æstimo, fecerunt. Nam Omnipotens cum esset commune, Patrem omnipotentem dicentes, Filio vel Spiritui hoc non dederunt. **B** Et converso vero de Domino fecerunt, Filium et Spiritum Dominum dicentes: item factor quidem omnium Spiritus sanctus est, sed hoc Patri et Filio tribuentes, de Spiritu nihil horum dixerunt. Et converso vero vivificantem esse, et locutum esse per prophetas, cum essent communia, non Patri vel Filio, sed Spiritui reddiderunt. Rursus esse lumen de lumine, et Deum verum de Deo vero communia sunt Filii et Spiritus: illi vero de Filio, non de Spiritu hæc dixerunt. Quis igitur novit, quod non similiter commune Patris et Filii sapientes esse, quod ex eis Spiritus sanctus procedit, satis putaverunt hoc ponere in Patre? Ego enim ex hoc neutrum concludi considero, neque quod ex solo Patre neque quod ex Filio procedit, sicut neque de illo superius commemorato evangelico dicto.

Sed et nimis miror de illis, qui certum aliquid putant se ex his habere: de scriptis vero sanctorum nostrorum Patrum, quæ ad meas manus pervenerunt, trium vidi dicta, quæ videntur præbere ad propositum aliquam difficultatem: sancti Dionysii Areopagitæ, et sancti Gregorii, et sancti Joannis Damasceni. Ubi sanctus quidem Dionysius ait solum esse fontem supersubstantialis Deitatis Patrem. Theologus vero geminum radium Patris nominat Filium et Spiritum sanctum.

Damascenus vero dicit, quod Spiritus non dicitur ex Filio. De quibus illud primum considero, quod etsi apertissimum esset, ipsos per hæc dicta sapere, quod Spiritus sanctus ex solo Patre procedit, et non, et ex Filio; nondum hoc per concilium generale expresso examinato et confirmato, nullum esset propter eandem utique, quam et prius dixi, causam, nolle credere periculum: et cum his pluribus sanctis contrarium dicentibus, et explicantibus, et latius problema discutientibus, sicut sanctus Augustinus, et sanctus Cyrillus, multa que habentibus de sancta Scriptura dicta, non minime suspicionem præbentia hujus dogmatis. Et adhuc matre omnium Ecclesiarum, quæ nunquam supe-

<sup>9</sup> Matth. xv, 13. <sup>9</sup> Joan. vi, 41. <sup>10</sup> Joan. xvii, 3. <sup>11</sup> Matth. xi, 27. <sup>12</sup> ibid. <sup>13</sup> Joan. vii, 18. <sup>14</sup> Joan. vi, 58. <sup>15</sup> Matth. xx, 23. <sup>16</sup> Matth. xxiv, 36.

rioribus temporibus deprehensa est aliquam hæresim defendere, idipsum affirmante. Quid? potius his tribus credendum erit, semel hoc dicentibus et Scripturarum testimonia hujus ipsius minime habentibus?

Deinde hujusmodi dicta penitus sunt ambigua. Et ut primum de primo dicam, quoniam si Spiritus sanctus procedit et ex Filio, Filius hoc habet ex Patre, et Pater est Fons, qui non ex alio habeat, ut sit Fons, vel ex alio emanat: Filius vero sit veluti Fons de fonte, quemadmodum et principium de principio dicitur, incertum prorsus sit, quo sensu hoc dixit ille sanctus: utrum sapiens, quia ex solo Patre procedit Spiritus, an et ex Filio quidem ipsum sapiens. Dicens vero illud verbum, ac si diceret, solus fons supersubstantialis Deitatis, qui non emanat ex alio fonte, et ex quo alius habet, ut sit fons, Pater est, apud quem est fons, Filius, vitæ, scilicet Spiritus. Ad utrumque enim sensum satis se potest habere illud verbum.

Rursus de gemino radio. Primo quidem dubitatur ille sermo, in quo hoc scriptum est, utrum sit Theologi, multum enim distat ab ejus stylo: deinde nihil prohibet et utraque intelligi, et geminum radium esse Patris Filium et Spiritum, in quantum perfecte et ambo ex Patre habent esse. Et rursus Spiritum et ex Filio procedere, eadem una et simplici processione, qua et ex Patre procedit, una existente in Patre et Filio spirativa potentia, nullo mirando, si in visibilibus radiis hujus exemplum non videtur. Incertum ergo sit ex hoc verbo, quidnam qui hoc dixit, de proposito sentiebat. Et maxime quod ipse Theologus dicens de Filio, quod solus de solo; de quo nemo erat suspicaturus, ne forte secundum Deitatem, non ex solo sit Patre. De Spiritu sancto nusquam ait: Solum de solo. Ex quo non parvam suspicionem præstat, ne forte et ex Filio sentiat ipsum.

Damascenus vero pene videtur sola voce discrepare ab his, qui dicunt ex Filio Spiritum sanctum procedere, non tamen et re. Ita se habere ad Patrem, Filium et Spiritum, quemadmodum ad solem se habet radius et illuminatio: quæ utraque quidem sunt ex sole. Per radium vero nobis illuminationem tradi ait. At vero idipsum pene est, et quod sentiunt, et ex Filio Spiritum sanctum esse dicunt. Sicut enim radius simul procedit de sole, et accipit ex eo, ut emitteret illuminationem: ita et Filius, ut aiunt, simul natus est ex Patre, et accipit ab eo spirare Spiritum. Et sicut sive dicatur illuminatio ipsa et ex sole esse, et ex radio, sive ex sole per radium, non tanquam ex duobus principiis, sole et radio, illuminatio esse dicitur, ita et ipsi minime aiunt tanquam ex duobus principiis Spiritum sanctum procedere ex Patre Filioque; sed tanquam ex uno. Quare et eadem pene videtur sentire his et Damascenus.

At sine hoc radii et illuminationis exemplo, dictum illud per se, quo dicit: Spiritus non dicitur ex Filio, ambiguum est. Non enim idem est dicere,

Hoc non dicitur, et, Hoc non est; in multis enim dissonat, cum sint multa quæ non dicuntur, et sunt. Velut si quis dixerit, Spiritum sanctum non dici in Scriptura: *Deum verum de Deo vero*. Ergo quoniam Damascenus non dixit, quod Spiritus sanctus non est ex Filio, sed quod non dicitur ex Filio, incertum utique est quid de hoc sentiebat: utrum tantum neque ente, neque dicto, an tanquam non dicto, at ente. Sed de his satis sit.

Videamus ergo et fortissimos ad hoc eorum syllogismos. Exponam autem eos non mea eruditione, sed ut de verbo ad verbum eos exponit quidam nostratum sapientum, in suo contra Latinos tractatu. Ait enim sic: Si Spiritus sanctus procedit et ex Filio, ut aiunt Latini, contingit necessario, aut duo principia esse in Deitate: aut Patrem et Filium unam esse respectu Spiritus personam. Duas enim scimus differentias eorum quæ de Deo dicuntur.

Alia enim sunt eorum substantialia et naturalia, quæcumque et divisim de qualibet persona prædicantur, et singulariter simul de tribus; ut bonum, sapiens et similia. Alia sunt personalia, quorum singulum aut de una sola persona prædicatur, aut si prædicatur divisim de pluribus, impossibile tamen est, simul singulariter de eisdem prædicari. Ut emanare ex alio, cum sit personale, prædicatur et de Filio, et de Spiritu; et est Filius emanans, et Spiritus emanans; non tamen hi duo unus emanans est, sed duo emanans. Vere enim impossibile est, unam personalem proprietatem de duabus personis, etiamsi sint ejusdem substantiæ, singulariter prædicari.

Quamvis enim aliqui duo idem audiant, vel vident, vel intelligunt, vel volunt, vel quodcumque agunt: non tamen possumus dicere, quod unus audiens, vel videns, vel intelligens, vel volens est, sed duo. Ergo quoniam esse principium Spiritus, et spirare Spiritum, non est substantialium proprietatum, sed personalium; non eam prædicatur de Spiritu, siquidem, ut ipsi aiunt, et de Filio prædicatur: necessarium est, dicere Patrem et Filium duos spiratores, et duo principia esse Spiritus sancti. Quod pro certo inconveniens est.

Si vero dicit aliquis, quoniam uno et simplici et eodem modo ex utroque procedit, ideo unus est simpliciter spirator Spiritus sancti Pater et Filius: ille necessario incidit in alterum inconveniens. De quibus enim una numero personalis proprietas seu differentia singulariter prædicatur, illa utique secundum unam numero prædicationem eadem numero sunt. Quare? quia spiratorem esse personalis est proprietas seu differentia, aggregantur Pater et Filius secundum id ipsum quod sunt unus Spirator ad unam personam. Pater ergo et Filius in quantum ad invicem referuntur, duæ personæ sunt. Per id vero quod unus spirator sunt, una persona sunt.

Si vero dicit aliquis, quod sicut Pater et Filius

unus Deus est et unus æternus, ita et unus est A spirator Spiritus sancti : respondebitur, quod sicut Deum esse, et æternum esse et alia substantialia singulariter de Patre et Filio prædicata, representant eorum unam substantiam et essentiam : magis autem per id quod eorum est simpliciter, et summe una substantia : contingit et hæc substantialia singulariter de eis prædicari, ita et esse spiratorem ; cum sit personalis proprietas seu differentia et singulariter prædicetur de Patre et Filio, assignabit eorum unam esse secundum hoc personam. Magis autem ex eo, quod esset secundum spirare eorum una persona, contingeret hoc singulariter de eis prædicari. Si vero hoc impossibile est, et illud ex quo ortum hoc est impossibile.

Hoc est illius argumentum, quod multi aiunt in nullo deficere (1) ad necessitatem a geometrica demonstratione. Totum vero robur ejus pendet ex duabus communibus notionibus : una quæ ponit impossibile esse, unam personalem proprietatem de duabus personis singulariter prædicari. Altera vero quæ sumit, de quibus una numero personalis proprietas singulariter prædicatur, illa secundum idem eadem esse numero. Et vero si scirem pro certo, has notiones communes veras esse et in supersubstantiali essentia, reciperem utique et conclusionem. Sed ego hoc nimis ignoro. Et eadem mihi eveniunt hæsitare, quæ ad Latinorum syllogismos superius dubitabam. Nam etsi concedatur in his rebus, quæ sub mente nostra sunt, quarum C videlicet intelligendo dominamur, et quas tangimus et comprehendimus, veras esse dictas communes notiones, quod etiam ipsum multas potest habere contradictiones, quæ necessitas est, ut etiam in dissimilibus et aliter se habentibus rebus et nostras infirmas intelligentias infinites infinite fugientibus, et ideo incomprehensibilibus et superintelligibilibus eadem sint veræ? Si enim vere superius dicebamus, non omnes in entibus veras communes notiones, et usque ad supersubstantiale posse conscendere : unde pro certo sciemus, hæc quarum sunt, utrum earum, quæ usque illuc extenduntur, an non? Neque enim in notis rebus a nobis reperiuntur alia duo, quæ per omnia ita se habent inter se, sicut ibi Pater et Filius inter sese habent. Fortasse enim et unus est spirator Spiritus sancti Pater et Filius, et Deitate transcendente etiam duas dictas communes notiones, nullo modo contingit unam personam esse Patrem et Filium respectu Spiritus. Et qualiter non contingit hoc, nullum miraculum est nos ignorare illud quo processio a generatione distinguitur. Item cum necessarium sit, aut credentem et in divinis veras esse prædictas communes notiones, deceptos putare, et sanctum Augustinum, et sanctum Cyrillum, et alios, qui manifeste dicunt Spiritum sanctum et ex Filio procedere : aut his assentientem credere

Denique superiorem etiam esse prædictis duabus communibus notionibus. Hoc mihi multo tutius et religiosius videtur.

Videamus si placet et aliud ejusdem argumentum. Quoniam, ait, Pater et Filius sunt et unum, sunt et duo. Aut procedit Spiritus ex Patre et Filio, in quantum unum sunt, aut in quantum duo sunt ; sed si in quantum duo sunt, erunt duæ processiones et duo principia ; si vero in quantum unum sunt, quoniam hoc unum est substantia et natura et Deitas, Pater ergo et Filius, per id quod una sunt substantia et natura et Deitas, spirant Spiritum. At vero secundum id quod spirant Spiritum, et differunt ab eo. Pater ergo et Filius secundum unam, quam habent substantiam et naturam et Deitatem, differunt a Spiritu. Non ergo Spiritus ejusdem est omnino cum Patre et Filio substantiæ et naturæ et Deitatis ; quod contra fidem nostram est. Est autem hic paralogismus, per id quod sumit simpliciter, quod secundum quid conceditur. Latini enim neque per id quod duo sunt Pater et Filius, aiunt ex ipsis procedere Spiritum, neque secundum quod simpliciter unum sunt, sed secundum id quod aliquid unum sunt, scilicet secundum unam, quam habent spirativam potentiam. Quid igitur? Illi secundum aliquid concedunt : iste simpliciter sumens paralogismum fecit. Est autem ejusdem et tale argumentum.

Nos, ait, Filium et Spiritum a solo Patre dicentes habere essentiam, quod per omnia entia convincitur verum esse dicimus. In omnibus enim unitas dualitatis est principium. Illi vero Spiritum ex Patre et Filio esse dicentes, omnia entia contradicentia habent. Nusquam enim dualitas est principium unitatis. In his primum quidem videtur numeri superficialis ab unitate progressum conspicere, non tamen et linealis numeri progressum. In illo enim duo immediate ex uno progrediuntur : in hoc vero et duo ex uno procedunt, et tertia unitas ex prima et secunda procedit.

Sed ego neque propter phantasma superficialis numeri, ex solo Patre dicam Spiritum sanctum procedere ; neque propter phantasma linealis numeri, et ex Filio affirmabo. Neque enim tutum neque religiosum puto, hujusmodi nostris imaginationibus tanquam regulis in supersubstantialibus uti.

Deinde Latini non aiunt dualitatem principium esse unitatis ; sed Patrem et Filium, per id quod aliquid unum habent, unum esse principium, non duo unius. De syllogismis quidem illorum hæc dicta sufficiant. Hi enim sunt eorum quos vidi, qui videntur esse fortissimi. Cogito autem et ita : Quoniam Spiritum a solo Patre procedere, neque sensibile est, ut possit per sensum percipi, neque naturale, vel aliquid contingentium, ut possit ea quam proprie dicitur opinione et imaginatione cognosci, sed est super sensum et sempiternum : necessarium est

(1) Scilicet nugæ Græcicæ. CAMS

ut sit recte ei assentiendum, aut scientia aut fide hoc facere. Sed ego putare hoc esse scibile et demonstrabile et communibus nostris notionibus comprehensibile, carentis scientia arbitror esse. Restat itaque fides.

At vero illa talium dogmatum dicimus nos recte credere, quæ dicente aliquo ingentem auctoritatem habente, et cui credere quidem est salutare, non credere vero periculosum, nos recipimus. Cui igitur tali ego credens non temere mihi videbor hoc facere? sacræne Scripturæ? at nihil tale ipsa loquitur. An generalibus conciliis hoc determinantibus et dogmatizantibus? sed neque hoc. An multis sanctis exponendo sacram Scripturam hoc aperte et per multa tradentibus, et ex illa hoc habere asserentibus? et quomodo hoc possit dici? an postremo matri Ecclesiarum? at vero hæc contrarium dicit. Nonne ergo summæ erit dementiæ dicere quidem credere aliquid de Deo, non habere autem assignare, cui credens recte hoc admittit. An dicit aliquis, quod reliquum est, illuminatione quadam occulta et divina se hoc sensit? sed ego nondum hanc adeptus sum.

Habes et causas, per quas neque necessarium, neque tutum, neque alicujus prudentiæ æstimo esse, et hujusmodi assentiri dogmati. Quoniam vero superius dixi, adhuc incredibilis me ad hoc habere, quam ad illud quod Latini dicunt, volo tibi et hanc compassionem ostendere.

Primum quidem video majoris esse audaciæ, negare non procedere et ex Filio Spiritum, quam oppositum. Sancto enim Dionysio dicente, in ipso *De divinis nominibus*: non audendum totaliter de sancta Trinitate intelligere aliquid vel dicere, præter ea quæ divinitus nobis per ipsa expressa sunt sacratissima eloquia: Illi qui dicunt a solo Patre procedere Spiritum sanctum, audaciæ hujus utique rei sunt. Quod enim per sacratissima eloquia ostendi minime potest, hoc ausi sunt ipsi de Deo intelligere.

Latini vero multis in sacra Scriptura dictis non parvam suspicionem præstantibus, et ex Filio Spiritum sanctum procedere, ipsi ut credo, putantes, et illis hoc significari, erga sacram Scripturam reverentia et religione, et volendo ad ipsam obedienter se habere, hoc recipiunt. Quare multum differt hoc ab illo. Nullius enim, vel minimæ audaciæ videtur esse.

Item non mediocris et audaciæ et præsumptionis procul dubio est, in dogmatibus de summâ Trinitate, suam cognitionem sanctorum et magnorum doctorum cognitioni præponere. At vero qui dicit ex solo Patre procedere Spiritum sanctum, multis et magnis sanctis, et præcipue sancto Augustino, et sancto Cyrillo, qui latius et apertius oppositum docent, se ipsum necessario putat sapientiore et religiose. A Latinis vero nihil hujusmodi peccatur, nullo sanctorum a solo Patre procedere aperte et indubitabiliter tradente.

Deinde supponens in parte utrumque falsum esse,

et perquirens, utrum falsum existens, majoris sit periculi, invenio dogma Latinorum multo tutius. Hoc enim etiam sit falsum, tamen additibi aliquid velut Deo dignum, nihil admendo. Spiritui enim nihil detrahit. Non enim ex hoc minoris dignitatis, quam Filius sit. Filio vero nihil auferens, nec Patri, de his quæ habet, detrahens, addit, quod non solum ipse perfectus est spirator, verum etiam spiratorem genuit. Illud vero, quod Græci dicunt, siquidem falsum est, papæ, quam magna blasphemia est! addens quidem nihil, detrahens vero, Filio quidem spirare Spiritum, Patri vero generare spiratorem. Et est simile, ut si quidam Scripturæ addentes erga quatruiduanum Lazarum Domini miraculum unus diceret, non obiisse illum, sed passionem, quamdam circa eum accidisse, et visum esse mori, Dominum vero quarto die, passione illa ipsum liberasse; alius rursus diceret triginta dierum mortuum, vel adhuc ultra, resuscitatum fuisse a Domino. Utraque enim falsa essent. Sed unum detrahit, aliud addit illi miraculo, ut non sit æquale peccatum.

Consequenter rursus perquirens, utrum falsum existens rationabiliores possit habere in iudicio excusationes, invenio multum interesse. Latini vero, siquidem falsum dicit; reddendo hujus rationem, multa poterit habere bona refugia: quod in divina Scriptura multa fuissent, quæ videbantur hoc concludere, et ipse voluisset reverenter ad ipsam se habere: quod ex fide, zelo, devotione, amore ad ipsum Dominum credebatur adversus eum se blasphemare, nisi crederet ex ipso Spiritum sanctum procedere: quod multi sanctorum, qui in ipso iudicio placuerunt, hoc aperte et per multa tradidissent; quod mater Ecclesiarum semper hoc docuisset. Et vero qui alterius partis est, siquidem errat, neque aliquid horum convenire ad excusationem in iudicio invenio: neque aliud, ut ita dicatur, quidquam ratione dignum.

Item quoniam homines multa contra ea quæ opinantur ex aliqua contentione, vel sui amore, vel alla quadam passione dicunt, perquirens ego, quos magis verisimile est a principio ex aliqua tali passione commotos dicere: utrum Latinos, quod ex Filio, an Græcos, quod hæresis et error hoc est; invenio rursus eandem differentiam. In multis enim his nostris subditis illi Ecclesiæ, et multis hic æstimando se a majoribus injuriam pati ad ipsam refugientibus, itaque excommunicatione et aliis jussis et omni modo coercere, hic majores ab injuria conante: et hoc, ut verisimile est, his non parum displicente, istis quidem ex diffamando illam Ecclesiam in dogmatibus peccare, suæque hoc persuadendo, videbatur advenire magna malorum liberatio: et videlicet omnia secundum beneplacitum suum facientibus nullus de cætero recurrere velit, atque illi rationabiliter videantur jussis papæ nolle obedire.

Itaque imperatori hoc provenit, quod prius non habebat, patriarchas confirmare et proponere, et nullam relinquere Ecclesiam, quæ valeat ipsi in ali-

quo resistere. Ipsi vero patriarchæ novæ Romæ, ut A universalis nominaretur, et non secundus post primum, sed ipse primus in Ecclesia a consecratoribus æstimetur. Neutrum enim horum ante schisma erat. Latinis vero ex dicendo, ex Filio Spiritum sanctum procedere, neque aliquorum malorum liberatio, neque non præsentium bonorum acquisitio accedebat. Quare ex passione a principio commotos dicere magis Græcis quam Latinis videtur posse contingere.

Ex his igitur et talibus, licet nondum visum est mihi fidem adhibere Latinorum dogmati, tamen multo videtur mihi rationabilius esse, non credi, quod Græci dicunt, quam illud. Tuum de cætero sit, quod et in principio precatus sum, te nobis in scriptis revelare et significare velle, quidnam est illud, quod tibi persuasit, et ex Filio Spiritum sanctum procedere, pro certo credere, et ex hoc hæreticos et schismaticos eos, qui non hoc sapiunt, nec constanter putare. Amici omnes saluant te. Et epistola hac lecta coram eis, eadem et ipsi hæsitare, et a te petere se dicunt.

*Epistola Domini Barlaami, episcopi Gyrencensis, ad eundem Demetrium Thessalonicensem, respondens ad petita; hortatur eum ad unionem sanctæ Romanæ Ecclesiæ.*

Cum accepissem, o amicum mihi caput, tuam ingentem et admirandam et disertissimam epistolam, legissemque et intellexissem, ut arbitror, quæ in ea sunt, ita tibi ad interrogata respondeo.

Ego neque prius sciebam, utrum a solo Patre procedit Spiritus sanctus, neque nunc arbitror me scire. Puto enim huiusmodi problema et nunc et tunc, quemadmodum et tu in epistola optime dicere mihi videris, super omnem esse humanam et scientiam et mentem, et methodum et demonstrationem. Sed et prius credebam, quod a solo Patre, et nunc rursus credo, quod etiam ex Filio. Recessi vero ex illa credulitate per easdem causas et easdem cogitationes, per quas et tu per multa ostendisti in eadem epistola, non debere te credere putasti his, qui a solo Patre dicunt; sed multo incredibiliores hos aliis esse debere discernis.

Quæ autem me ad firmiter credendum et ex Filio procedere Spiritum sanctum duxerunt, tria maxime sunt. Quorum duo et in tua epistola continentur: scilicet, quod multi nostrorum Patrum, et magnam opinionem habentium, sacram et divinam exponendo Scripturam, ex ipsa aiunt se intellexisse, et ex Filio Spiritum sanctum procedere. Et ideo apertissime et per multa in suis scriptis hoc docent, sicuti sanctus Augustinus, sanctus Cyrillus. Et secundum quod etiam Romana Ecclesia, quæ et dignitate et dominio, et erga Scripturam diligenti studio superat omnes, quæ semper verita defendit dogmata, idipsum a principio docet et tenet. Illis enim duobus, o amice, tertium additum, quod tu videris adhuc ignorare, quia etiam generale concilium de eodem ipso celebratum est in Lugduvis: quod

hoc affirmans, contradicentes omnes pro hæreticis haberi statuit. Hoc, inquam, ab omni ambiguitate remanens, totum facit huius dogmatis. Ab hac enim synodo, et habente et faciente, quæcumque oportet habere et facere generalem synodum, examinato et determinato, et ex Filio procedere Spiritum sanctum: qui hoc non recipit, tanquam jam catholicæ Ecclesiæ auctoritatem et dogma contemnens, iuste utique et merito schismaticus et hæreticus habebitur. Et credo, quod si fuisses de hac synodo informatus, non adhuc videretur tibi non necessarium esse, hoc recipere dogma. Et nunc quidem transmitto tibi determinationem huius synodi, in fine epistolæ scriptam. Postmodum vero, si Deus voluerit, mittam tibi et huius acta: ex quibus scire poteris, et quod generalis fuerit, et quod nihil eorum, quæ debebat habere et facere, omisit.

De expositione vero nonnullorum dictorum Scripturæ, ex quibus Latini suum concludunt dogma, de quibus dixisti, propter quod possunt habere duplicem expositionem, te ambigere et non habere cui magis assentiaris; potes utique et illud cogitare, quod illi quidem, qui exponunt ipsa, ita ut concludant et ex Filio Spiritum sanctum, divini viri sunt: sanctus videlicet inter alios Augustinus et sanctus Cyrillus. Alios enim Latinorum sanctorum, qui similiter eadem exposuerunt, omitto. Videris enim eos minime invenisse. Illi vero qui eadem ipsa aliter exponunt, addentes id ipsum, minime posse esse C alium eorundem præter hunc intellectum, Græci sunt: qui post schisma Latinis contradicunt. Quoniam antiquiores Græci, qui similiter modernis Græcis eadem exponunt, nullo modo addunt, impossibile eorundem et alium esse sensum. Scis quippe, quod nimis in multis potest fieri, eorundem diversos esse intellectus, non repugnantes sibi, et non omnes ab omnibus aperiri, sed alios ab aliis. Quales sunt repugnantes intellectus, et tu ostendisti in pluribus dictis et magis ad concludendam necessariis ex eis Latinorum conclusionem. Admittentes enim Latini integre, et illam, quem dixisti, eorundem posse fieri alium sensum, ita suum habuerunt. Quare cum sancti et beati viri, qui utroque modo huiusmodi dicta intelligunt, et ex Filio procedere Spiritum sanctum ex ipsis concludunt, non tales vero sint illi, qui prout volunt, eadem intelligentes, illum sensum, per quem processio Spiritus sancti et ex Filio concluditur, negant: non debemus æqualem utrisque fidem adhibere. Quanquam illam per insufflationem Spiritus donationem, si parum diligentius considerabis, invenies secundum Latinos sensum solum, et minime alium, posse habere: nisi quis omnino coacte et sophistice idipsum exponere voluerit.

Attende enim ita. Dixisti, aliter exponentes dicere velle ex hoc Scripturam nos intelligere, quod Spiritus non est major Filio, et quod deificantiæ charismata communia sunt et Filii et Spiritus. At vero ad hæc intelligenda vel credenda sufficiebat

tantum dicere : *Accipite Spiritum sanctum* ; insufflare vero nihil ad hujusmodi sensum confert. Neque enim ipsa Spiritus substantia, neque ejus ipsa gratia erat ille corporaliter de sancto ore exiens flatus, neque apostoli absorbentes illum, gratiam acceperunt, cum aliter non possent. Quid igitur volebat sibi insufflatio illa ? siquidem et dicente ipso tantum : *Accipite, vel, do vobis Spiritum sanctum*, habet quod Græcorum vult expositio ? an certe, ut ait sanctus Augustinus, quemadmodum in multis Scriptura de sensibilibus et in tempore vel factis vel dictis, reducit nos ad intelligibilem et sempiternorum contemplationem, ita et signum hic aliquod hoc præbuit Salvator, reducens nos ex ipso ad intelligendam vel credendam intelligibilem, magis autem super intelligentiam, et ex se sui consubstantialis Spiritus processionem ? Ergo si hoc solummodo rationabile est intelligi, rationabile certe quoque credere est.

De syllogismis vero ipsorum et argumentis, quæ ais, non de necessitate concludere propositum, neque posse animæ inquisitivæ ad plenum satisfacere ; non enim hoc mirandum. Scis quippe, quod in multis, vera conclusione existente, nimis prave ad eam sermones flant, non semper ex imperitia dicentium hoc contingente, sed aliquando ex ipsa propositæ rei natura, non abundante majoribus atque fortioribus sermonibus. Aliquando vero arbitrante ipso dicente, per hujusmodi sermones audientibus maxime persuaderi posse. Sæpe enim contingit ea per quæ aliis persuadetur, apud alios ridicula putari. Item neque per quæ cuiquam est persuasum aliquid, per eadem semper aliis persuaderi nititur ; sed qua sequi eos æstimat, hæc et ducere tentat. Ita igitur et Latinos noli putare his syllogismis et argumentis credentes tenere, quod dicunt ; ipsi enim hoc credunt ex tribus illis, quibus dixi et me id ipsum credere : re vero existente super rationem, et multis volentibus ex dictis tribus similiter hoc credere, sed potius argumentis et syllogismis humanis et Deo condignis oppositum ostendere conantibus : ipsi cupientes ad se hos convertere, quæ utique cogitant semper de proposito accommodata esse, ad refellendos eorum syllogismos, et ipsis fortasse persuadendum recipere, quod quæritur, hæc et dicunt : minime, ut dixi, per eadem ipsi idem credentes, sed propter aliorum incredulitatem, ac per similes syllogismos contradictionem, hujusmodi coguntur uti sermonibus, per quos non est incredibile et multis persuaderi.

Causa est igitur ejus, quod ad acutum et investigativum tuæ Deiformis animæ defectuosi videntur eorum syllogismi, sublimitas propositæ questionis, efficaciores non suscipiens syllogismos ; et quod eos faciunt ad habitum, uti conjectant, non credentium, et per similes syllogismos oppositum defendentium : ut etiamsi non ad plenum eis persuadetur, utamen multum confidre suis syllogis-

mis, eis auferatur : et his qui sunt adhuc ad fidem infirmiores, auxilium quoddam præstetur, ne moveantur per similes syllogismos. Cæterum si omnes sentirent ita dispositos, ut ego te ex tua epistola video, non utique talibus uterentur sermonibus. Attende autem et sic.

Ecce humana mente ratiocinari de illa re, de qua ait sanctus Dionysius, magis verificari omnium quæ dicimus, quæque intelligimus, negationes quam affirmationes, commune jam est et Latinorum et oppositum defendentium Græcorum. Fides vero nequaquam communis est ; sed Latini quidem habent assignare quæ dixi tria, maximam habenda auctoritatem et dignitatem et magnitudinem ad fidem : quibus utique religiose credentes aiunt Spiritum sanctum et ex Filio procedere. Illi vero qui dicunt ex Patre tantum procedere Spiritum sanctum ad nihil tale se reducere valent. Quare syllogismis omnibus circumscriptis, Latinis quidem remanet fides : his vero et fides et obligatio ablata est. Neque putes Latinos credentes Spiritum ex Filio procedere, ejusdem Spiritus processionem vel similem putare Filii generationi, vel differentem quidem, aliqua vero penitus nota differentia, differre a generatione Filii. Et in hoc enim id ipsum cum sanctis nostris Patribus et ipsi credunt : ut quo differunt ibi generatio et processio, non omnimode notum esse hominibus. Si vero in disputationibus ad Græcos, ut tu ais in epistola, non videntur hoc servare, scito hoc eos facere, sicut et ipsi Patres vestri faciunt : qui dicentes multis locis, nullam esse exemplum, vel in sensibilibus, vel in intelligibilibus summæ Trinitatis sacramentum, ad multa condescendunt exempla. Ita et hos aliorum incredulitas et infirmitas evocat, ad condescendum ad aliquas notas similitudines, propter quas videntur discernere processionem a generatione : ut ex his ad conclusionem, quam fide oporteret teneri, perveniat : non putantes absurdum, si eos qui per simpliciter sanativa curari non valent, per aliis nociva ipsos ad sanitatem possint revocare. Sed de his quidem satis.

Necessarium autem arbitror adhuc et illud tibi ostendere, quod licet tria dixi superius esse, quæ coegerunt me credere et ex Filio Spiritum sanctum procedere, hoc est, multos magnorum sanctorum hoc apertissime tradere, matrem Ecclesiarum hoc semper dicere, per generale etiam concilium hoc fuisse affirmatum, tamen quodlibet horum, sine aliis per se vim non habens, reliqua duo opposita satis se habere considero, ut id ipsum credatur. Et tu qui adhuc videris ignorare, utrum de hoc factum fuisset generale concilium, si volueris tuas in epistola cogitationes inter se conjungens advertere, quid ex ipsis necessario contingit, invenies valde necessarium, et ex sola auctoritate sanctorum, quos dixisti, vel ex sola Ecclesiæ Romanæ te credere, quod etiam ex Filio Spiritus sanctus procedit. Adverte autem sic.

Dixisti te scire multos magnorum sanctorum exponendo divinam Scripturam tradidisse per multa, quo etiam ex Filio. Item dixisti, quod hujus oppositum, scilicet ex solo Patre, neque ratione potes intelligere, neque de sacra Scriptura concludere : et quod nescis ullos sanctos hoc aperte tradidisse, vel generale concilium hoc determinasse, et quod scis matrem Ecclesiarum minime hoc dicere.

At vero si quid de Deo multi et magni sancti, exponendo divinam Scripturam dicunt, cujus oppositum ex ipsa Scriptura ostenditur, neque per rationem demonstratur, neque per sanctos aperte traditur, neque per generale concilium determinatur, neque per matrem Ecclesiarum docetur : hoc credi nimis necessarium est. Si vero hoc ambigis et dubitas, utrum sit necessarium : sed illud minime dubitabis, sine periculo penitus quod tale est, posse credi, si quidem non dubitas in sanctis esse eos qui hoc crediderunt, docuerunt, et scriptura tradiderunt. Ergo cum hoc sit sine periculo, vide quale sit dicere, quod ex solo Patre procedit. Ais enim, quod hoc neque auctoritas, neque demonstratio compellit te recipere, et multi magnorum sanctorum cum matre Ecclesiarum aperte oppositum docent. Ergo ex volendo hoc tenere, suspicio mox aliqua periculi confatur. Ergo cum hoc sit pro certo periculosum, illud vero omnino sine periculo, duæque sint solæ partes Ecclesiae : una quæ tenet, quod penitus est sine periculo : alia vero quod manifeste periculosum est ; atque alia Ecclesia non sit collecta ex talibus hominibus, qualem tu adhuc ais te esse, neutrum extremorum tenens ; in omnibusque, cæteris paribus, eligendum sit magis, quod sine periculo est, quam quod periculosum : nonne jam ex tuis cogitationibus vides concludi, nimis necessarium esse, Latinis eadem velle de proposito sapere, eodem vero modo ; visa similiter Romanæ Ecclesiae auctoritate per similia media transiens, pervenias necessario ad eandem conclusionem ? Quare etiamsi nondum fuisset factum de hoc generale concilium, tamen necessarium est recipere quod Spiritus sanctus ex Patre Filioque procedit : et hoc negantes, nequaquam tanquam partem Ecclesiae, sed tanquam omnino abacissos ab Ecclesia et ad rationem schismatici cadentes putare. Quid autem, si ostendatur, quod primi illorum Græcorum, qui se separaverunt a Latinorum communionem, non ratione, sed quadam irrationabili passione hoc passi sunt ? nonne et ita patefactum erit, hos esse schismaticos ? at vero nihil ita apertum fieri potest. Considerare enim ita oportet, ad evitandum rationabiliter matris Ecclesiarum communionem, duo oportebat necessario occurrere : unum, tunc primitus incepisse Romanam Ecclesiam aliquid de dogmatibus fidei sapere et dogmatizare, quod prius neque docebat, neque sentiebat. Secundum est illud, noviter dogmatizatum ita se habere opposite et repugnantem aliquid eorum quæ vel in sacra

A Scriptura aperte dicuntur, vel in generalibus conciliis expresse determinata sunt, ut cum hoc sit, nullo modo possit illud esse : et cum illud sit, minime hoc locum habeat. Rationabilissimum enim esset a talia dogmatizantibus dividi. Neutro enim horum contingente, irrationabile velle omnino dividi relinquitur. At vero neutrum horum in exordio schismatis Ecclesiae Romanæ contigit. Nam de processione et ex Filio Spiritus sancti, sancti illi, quibus Ecclesia Romana mox credens, hoc tenet, facti sunt ante inchoatum schisma, alii trecentis, alii quadringentis, alii vero et quingentis annis. Et ut unum præ omnibus dicam, qui non transitorie, sed de eodem ipso principaliter loquens, apertissime id docet, magnum, inquam, Augustinum, hic circa tempora Theodosii Magni claruit, annos videlicet ante schisma et ultra quingentos : cujus ex tunc Ecclesia utique Romana scripta habuit, cum esset ejusdem linguæ, et dogmata veneratur.

B At vero dicere et ex Filio, nihil oppositum est addendum ex Patre. Non enim si procedit et ex Filio, tollitur procedere et ex Patre ; sed potius illo prius concesso, et ex Patre procedere necessario sequitur. Quæ vero ita se habent inter se, repugnantia non sunt. Ergo et divina Scriptura prius dicente, ex Patre procedere Spiritum sanctum ; et postmodum conciliis idipsum dicentibus, Ecclesia Romana dicens et ex Filio, non dogmatizat aliquid illis repugnans, et dicta illorum interimens, sed potius tale, quo concesso, illud necessario confertur. Nam sicubi adhuc dictum non fuisset, quod Spiritus procedit ex Patre, et crederetur Ecclesiae Romanæ, quod ex Filio procedit : ex hoc utique concluderetur necessario illud. Nam si procedit ex Filio, qui omnia quæ habet ex Patre habet, procedit ergo et ex Patre. Quare non tolluntur ex hoc, quæ prius credebantur, sed adhuc magis roborantur. Ergo si in principio schismatis, nihil novum vel repugnans alicui eorum, quæ a tota Ecclesia credebantur, dogmatizare coepit Ecclesia Romana, quomodo non omnino extra rationem ejus illi refutarunt communionem, vel quomodo non ex aliqua elatione et superbia, vel ambitione et avaritia, vel tali aliqua passione ipsi hoc passi sunt ? neque enim illud, quod multorum est, dici potest, quod synodico canone prohibente, adimere aliquid vel addere fidei Symbolo, illi ab ausa aliquid addere merito discesserunt.

D Primum enim nullus talis canon in conciliis invenitur. Deinde non ante schisma, non in hujus principio, non paulo post, sed multis post hoc annis, Ecclesia Romana, cum per multas prius legationes de eodem Græcos admonuisset et hortata fuisset a deterrimo schismate discedere, ut non habuit obedientes, denique concilium super hoc sibi obedientibus celebrari faciens, hoc in Symbolo non immerito addidit. Quoniam si similiter tanta Christianorum gens negasset non esse Filium omnipotentem, vel vivificantem, et multæ adderentur

quotidie hinc hæresi; certe non careret ratione, si de hoc sancti Christiani ad refellendam hæresim in Symbolo id ponerent. Nulla itaque præcedente rationali causa, ob quam primi illi a matre Ecclesiarum se segregaverunt, certum est, quod et illi et omnes qui illos secuti sunt, procul dubio schismatici sunt. Nullos enim alios appellamus schismaticos, nisi illos qui principalioribus et dignioribus in Ecclesia dogmatizantibus oppositè se habentes, ad aliquid eorum quæ vel in sacra Scriptura aperte dicuntur, vel in generalibus conciliis expressè determinata sunt, vel a tota Ecclesia communiter creduntur, a debita illis credentia et communione, propter quamdam aliam passionem discedunt, sive multi sive pauci sint; nihil enim interest, quoniam non multitudine et paucitate, sed prædicta ratione schismaticus notatur, quoniam et hi complentes jure, et hoc nomine digni habiti erunt. Aut igitur ostendant, quid Latinis dicentibus contingit ex sermone ipsorum, necessario Spiritum sanctum non procedere ex Patre, ut ita tollatur, et quod in Symbolo, et quod in Evangelio dicitur, et a tota Ecclesia creditur; aut si hoc impossibile est, sciant se extra catholicam Ecclesiam esse, et nullo a schismaticis differre.

Quoniam vero ipsi undique coarctati, postremo ad Evangelium et ad septem generalia concilia refugientes, putant ex illis excusationem schismatici sibi invenire: dicendum est ad eos: Si quidem, o amici, matre Ecclesiarum peccante vel in Evangelio, vel in conciliis, ipsi ab ea receditis, recte facitis: si vero illa nihil peccante, vel in Evangelium, vel in concilia, ipsi nihilominus ejus recusatis communionem, nullum certe vobis vel ex Evangelio vel ex conciliis suffragium penitus est. Ergo perquirendum est diligenter, quid est in Evangelium, vel in concilia peccare? quod si putabitis, peccare in hæc esse, simpliciter dicere aliquid et dogmatizare de Deo, quod utrumque non invenitur vel in Evangelio, vel in conciliis, sive contrarium est alicui eorum quæ ibi manifeste feruntur, sive non; hoc modo etiam omnes qui de Deo scribunt sancti in eadem peccant. Non solum enim innumerabiles de Deo dicunt et dogmatizant, quæ verbo in Evangelio, vel in conciliis non inveniuntur: verum etiam multa dicunt, quæ neque per sensum eorum quæ ibi sunt, concludi valent. Non ergo peccare est in illa simpliciter dicere, quæ ibi qualitercumque non inveniuntur, sed addendum est, si sint et repugnantia illis. Quare peccare in illa est, dicere aliqui, oppositè se habens alicui eorum quæ ab illis dicuntur, ut alterum per alterum necessario tollatur. Et hoc solum est, quod paradoxmatizare appellamus. Ita enim solummodo peccare in dogmata, in paradoxmatizare definito, omnes qui unquam aliquid de Deo dixerunt, inculpabiles dimittemus.

At vero Romana Ecclesia, et ex Filio procedere Spiritum sanctum dicente, nihil penitus per hoc

tollitur, vel eorum quæ in Evangelio continentur, vel eorum quæ in totò symbolo dicuntur, vel eorum, quæ per aliquod septem conciliorum expressè determinata sunt. Quare et quomodo id ipsum non concluderetur per aliqua sacre Scripturæ dicta, neque per sanctos aliquos traderetur: sed quoniam eorum quæ in Evangelio vel in conciliis sunt, non destruit quidquam hoc dogma: certe Romana Ecclesia hoc dicens, neque in Evangelium, neque in concilia peccat. His ergo qui a communione ejus matris existens discedunt, nulla vel ex Evangelio, vel ex conciliis excusatio hujus acquiritur. Neque ergo aliunde proveniente eis alia excusatione necessarium est, schismaticos ipsos esse, et a catholica cecidisse Ecclesia. Sed ut apertissimum id fiat, ponendæ sunt juxta se cogitationes, et sermo ita sit concludendus:

Peccans est circa pietatis dogmata, quem et paradoxmatistam et hæreticum vocamus; qui sapit et docet aliquid ita oppositè se habens ad aliquid eorum quæ vel in sacra Scriptura aperte dicuntur, vel per aliquod generalium conciliorum expressè determinata sunt, ut cum hoc sit, illud tollatur, et illud cum sit, hoc non possit esse. At vero Ecclesia Romana nihil hujusmodi sapit vel docet. Non ergo circa pietatis dogmata peccat. Quare neque paradoxmatizat, neque aliquam hæresim incurrit, et dignissimum et dominantissimum et principalissimum et summum et primum locum in tota Ecclesia habente, nunc Orientales minoris et humilioris existentes in tota Ecclesia et dignitatis et gradus et ordinis, a debito illi honore et obedientia, et communione discedunt. At vero omnes quicumque in Ecclesia minoris et humilioris existentes dignitatis, gradus et ordinis, dignioribus, dominantioribus, principalioribus, prioribus, superioribus in Ecclesia, nihil in pietatis dogmatibus peccantibus, nullam hæresim incurrentibus, a debita illis reverentia, obedientia, et communione discedunt, procul dubio schismatici sunt. Contingit ergo hos necessario schismaticos nunc esse, quod est, separatos esse a catholica Ecclesia.

Sed fortasse dicit aliquis ambigens: Si amisit suam integritatem et perfectionem Ecclesia, et hoc non ex minima parte, siquidem quinque ejus principaliorum partium, a quibus tanquam sensibus quibusdam, universum ejus corpus completum erat, quatuor lapsæ sunt, prima vero tantum remansit: quomodo de cætero non existens integra, catholica est, vel cujus amplius corporis Ecclesia Romana caput est, ex quo illud quod initio unitum erat ei, discessit ab ea, vel quomodo totaliter viva esse potest?

Ad hæc primum quidem oportet considerare, quod si quis eadem ipsa objiceret ad ipsos Græcos, qui dicunt se solos in fide vivere, et ex se solis completam esse catholicam Ecclesiam, capite perditò, quæ utique ipsi ad similiter ad eos objecta



responsissent, hæc nobis multo rationabilius ad hæc dicere conveniet.

Deinde siquidem animalis exemplum sequi voluerimus, non utique verum est, propter horum schisma universum Ecclesie corpus a capite dicere discessisse. Caput enim Ecclesie est, non totus Occidens et Septentrio; sed solius urbis Romanæ Ecclesia hanc habet dignitatem. Tot vero et tantæ aliæ Ecclesie Occidentales et Septentrionales, et alia genera purorum Christianorum terræ firmæ et insularum cum ea remanserunt, ut hi quidem omnes correspondere valeant reliquo animalis corpori, et continuo capiti unito. Illi vero patriarchæ qui eam reliquerunt, manuum vel pedum proportionem habeant: quæ abscisa a corpore, ipsa quidem de necessitate mortua sunt, corpori vero non semper interitum ferunt. Item, neque sicut in animalibus, loco corruptorum membrorum, caput alia condere nequit, ita quoque in Ecclesia est: sed semper capit, loco labentium, licet alia condere, ut semper ipsum sit cum integro corpore. Scimus enim, quod papa quidem potest creare patriarchas, patriarchæ vero papam creare non possunt. Et ideo hi quidem nunquam hoc tentaverunt: Romani vero pontifices ante schisma videntur et deponentes et promoventes Patriarchas.

Ergo quoniam nihil oppositè se habens Evangelio, vel conciliis sapit vel docet, prout ostensum est, non amisit utique creandi patriarchas potestatem et virtutem.

Ergo cum hi patriarchæ absque ulla ratione discessissent ab illo, et in eorum diocesisibus habitarent multi Christiani uniti illi, illo singulis horum a principio habente hujus justam potestatem constituendi congruum patriarcham, Ecclesia quidem Romana capitis rationem habens, et loco labentium membrorum alia semper condens, et viva utique est, et integrum reliquum corpus unitum sibi habet: eos vero, qui eam deseruerunt, sine capite de cætero et mortuos esse necesse est. Quare si putas necessarium esse generalibus conciliis ad totius complementum, et quatuor interesse patriarchas, et audias post schisma generalia aliqua concilia per papam esse facta: noli quærere, utrum et schismatici patriarchæ illis interfuerunt: sed si eorumdem patriarcharum fide viventes et uniti suo capiti patriarchæ interfuerunt, non oportet plus hoc quærere. Generalia enim concilia non ex hæreticis et schismaticis, sed ex orthodoxis et Ecclesie unitis colligi debent. Hæc tibi, o amicum mihi caput, respondere Deus dedit. Det autem ipse tibi reliqua.

*Epistola ejusdem domini Barlaami ad Alexium Calochetum, in qua ostendit Græcos non obedientes Romanæ Ecclesie esse, non solum schismaticos, verum etiam hæreticos.*

Audivi te admirari de me, quoniam eos qui non

communicant Ecclesie Romanæ schismaticos appello. Ego vero puto me rationabilius admirari de te, quoniam admirandum putas, si qui illo nomine vocantur, cujus definitionem perfecte suscipiunt. Nam si volueris videre, quæ est schismaticæ ratio, invenies hanc iis qui a me schismatici vocantur, nihilominus quam hominis rationem congruere. Ergo hoc sit ostendendum.

Cum itaque in Ecclesia alii aliis sint dominantiores, principales, et superiores, illi, qui minoris et humilioris existentes ordinis, et quibus convenit sub domino aliorum esse, et sequi alios, de nulla hæresi habentes juste accusare majores, dividunt se ab illorum in religione societate, mox in se ipsis schismatici condunt rationem. Nam et ipsi ad nullam aliam, quam hanc definitionem aspicientes, eos qui evitant apud se majorem communionem, schismaticos appellant; quales et tu non paucos scis in regnante civitate, eodem nomine, propter nunc assignatam rationem, ab aliis vocari. At vero Romana Ecclesia senissimum, principalissimum, et summum in catholica Ecclesia habente gradum, hi minoris existentes et inferioris ordinis, in tantum fugiunt illius communionem, quod neque ejus sacerdotium putant verum esse sacerdotium, neque in ecclesiasticis sacramentis voluit illi communicare: atque plures eorum etiam simul comedere simpliciter cibum cum quoquam Latinorum verentur. Ergo si Ecclesia illa incidente, quod absit, in hæretici rationem, hi ab ea abstinent, irreprehensibilis est separatio, et schismaticorum rationis imperceptibilis: si vero illa nulla hæresi conjuncta hi fugiunt ejus communionem, pure in rationem schismatici incidunt. Ergo quærendum est, quem nominamus hæreticum, cui communicare in aliquo delictum est: in nullo vero communicare, non solum irreprehensibile est, verum etiam necessarium: et quem post primam et secundam admonitionem oportet, secundum Apostolum ad Titum, nos evitare<sup>17</sup>. Illius igitur, qui ita dicitur hæreticus, quærenda sit ratio, ut sciamus, utrum convenit aliquid ejus Romanæ Ecclesie. Cum vero idem sit hæreticum esse et paradoxmatistam, et peccare circa pietatis dogmata: quærendum est, quis est paradoxmatista? et quis peccat circa pietatis dogmata?

Itaque cum tria sint, a quibus habemus hujusmodi dogmata, unum, divina Scriptura, secundum, universalia concilia, tertium, sancti nostri doctores, qui post apostolos sacram nobis exposuerunt Scripturam: si illum vocabimus hæreticum, qui quodcumque vel de Deo, vel de alio quovis sapit et dicit, quod neque in sacra Scriptura, neque in conciliis, neque in doctorum scriptis totaliter invenitur, non bene nominabimus; quia per hanc rationem etiam multi nostrorum sanctorum doctorum hæretici essent: Areopagita, Theologus Nysænus,

<sup>17</sup> Tit. iii, 10.

sanctus Augustinus : qui non solum talia dicunt, A quæ neque per sensum aliis conveniunt : alia penitus existentia, licet non opposita. Non ergo hæc ratione hæreticum cognoscimus, cujus communionem fugiemus : sed et eum, qui alia, præter omnes alios, de quavis re dicit, dum contraria et opposita suppositis non dicit, nondum tanquam hæreticum admonebimus. Neque enim peccat in manifesta dogmata, qui ea non tollit. At vero et si quis nihil penitus eorum quæ in sacra Scriptura vel in conciliis sunt, commovens, tamen alicui sanctorum doctorum de quovis dissonat, hunc audacem quemdam et præsumptuosum, et elatum et talia nominabimus, hæreticum minime. Quoniam per hanc quoque rationem, multi sanctorum essent hæretici, qui in multis et magnis sibi invicem contraria dicunt. Nam de ipsa processione Spiritus sancti, ipsi aiunt, quod Damascenus, ubi dicit, Ex Filio Spiritus procedere non dicitur, sapit, quod nullo modo ipse est ex Filio.

Sanctus vero Cyrillus, qui multis annis ante eum fuit, in sermone de Spiritu, in dictis suis thesauris septies ait Spiritum sanctum ex Filio et esse et existere, et prodire : assignans et dicta Scripturæ, ex quibus id ipsum intellexerat. Sanctus vero Augustinus, adhuc antiquior hoc existens, in suo de Trinitate negotio, et nimis longum de hoc protendit sermonem, et in quarto, et in quinto, et in quinto decimo libro ejusdem negotii. Quid igitur ? Hæreticum nominabunt Damascenum, illis superioribus se secundum ipsos contradicentem : vel potius et se ipsos iisdem sanctis tantis rebus contradicentes, an minime ? Potest ergo fieri, quod is qui sanctis de Deo dissonat, nondum sit hæreticus.

Quis ergo hæreticus est et paradoxmatista ? quem post binam admonitionem fugiemus ? an certe ille, qui sapit et dicit aliquid in dogmatibus, ita oppositum alicui eorum quæ vel in sacra Scriptura aperte dicuntur, vel in generalibus conciliis expresse determinata sunt, ut cum hoc sit, tollatur illud, et cum illud sit, non possit hoc esse : atque talis ad illa repugnantia est ex ea quæ vituperatur hæresis. Ille vero qui tale aliquid neque loquitur neque sapit, in alio vero quovis peccat, admonendus est quidem, alio nomine nominatus, non tamen tanquam hæreticus fugiendus.

Igitur cum hæc sit illa ratio qua hæreticus notatur, videamus qualiter se habet ad eam Romana Ecclesia.

Duo sunt, quæ ejus accusantes juste aiunt se ab ea dividi. Unum quod dicit Spiritum sanctum procedere et ex Filio. Aliud quod per azyma conficit. At per primum nihil eorum quæ in Scriptura vel in conciliis sunt, tollit. Dicente enim sacra Scriptura, quod ex Patre procedit Spiritus sanctus, et conciliis omnibus id ipsum dicentibus, Romana Ecclesia dicens et ex Filio, non oppositum aliquid illi dicit, neque ejicit illud. Non enim si procedit et ex

Filio, contingit necessario, minime procedere ex Patre ; sed potius necessario confertur. Nam si procedit et ex Filio, qui omnia quæcunque habet, ex Patre habet, procedit ergo et ex Patre. Non ergo tollitur, quod simul trahitur.

At vero neque aliud eorum quæ in sacra Scriptura vel conciliis sunt, tollitur, ex eo quod dicitur, et ex Filio procedere Spiritum sanctum. Non ergo secundum hoc incidit in hæreticorum rationem illa Ecclesia. At neque per azymum.

Primum enim nulli concilio per hoc adversatur, quoniam nullum de hoc aliquid determinavit. Deinde neque sacre Scripturæ per hoc repugnat. Et non hoc nunc dico, quia panis ille, quem sacrificavit Dominus, azymus erat, et azymum in Scriptura gerit imaginem sinceritatis et veritatis ; sed illud sufficit nunc, quod divina Scriptura panem nominante et azymum et fermentatum, et nusquam jubet hoc vel illud distincte, certe neuter Scripturæ pugnat, neque azymita, neque fermentarius. Non enim quod nonnullorum est stultorum dicemus, quod ille est inanimatus. Omnis enim panis sua ratione inanimatus est, et nullus animatus : divina vero virtute conversus nequaquam inanimatus, vel totaliter substantia panis, sed viva caro viventis Christi, qui carnem et animam rationalem et intellectualem ex nobis pro nobis assumpsit. Neque ergo per processionem Spiritus, neque per azymum illa Ecclesia cadit in schismatici rationem : quoniam per neutrum tollit quidquam manifestorum. At vero propter hæc sola, et non propter aliud, aiunt se dividi ab illa. Non ergo illa Ecclesia hæretica est per illa, propter quæ ipsi dicunt se divisos esse : quia secundum ea in definitionem hæretici non cadit. Restat ergo hos schismaticos esse necessario, quoniam definitionis schismaticorum nihil omittunt. Quapropter hoc, ut puto, non amplius miraberis.

Ut autem neque si audiveris me hæreticum vocare eum qui ex solo Patre asserit procedere Spiritum sanctum, admireris : volo tibi et hujus rationem assignare.

Dicebamus superius, hæreticum esse eum qui in dogmatibus pietatis sapit aliquid et dicit opposite se habens, vel ad divinam Scripturam, vel ad generale concilium. At vero sacre Scripturæ pugnant dupliciter est : vel cum aliquis recte intelligit, quod ait Scriptura, et id ipsum proponit contraria illi dicere, æstimans illam mentiri ; quod minime est Christiani ; vel asserens Scripturam omnino se venerari, dicta ejus, quibus contradicit, aliter quam veritas se habet, intelligit et exponit, quod solum est hæretici. Ergo cum inveniamus aliquem talem, pugnantem quidem divinæ Scripturæ, non pugnantem vero asserentem, ad quod nos iudicium referentes, indubitanter scienus, quod pugnat et juste post binam admonitionem ipsum devitabimus ? An ad plures ? Sed qui melius et diligentius intelligunt sacram Scripturam, pauciores sunt. An ad hos qui

in divinis sapientiores et magis eruditi sunt? sed fortasse ille unus est omnium sapientissimus: et potest fieri ut id ipsum verissime omnium ipse intelligat. An ad digniores et dominantiores et principales? sed ait Scriptura: Si fuerit revelatum novissimo, sileat primus. Unde non semper necessarium est verius intelligere eum, qui primus est. An ad eos, qui nunquam alias hæresim aliquam incurrerunt? sed unaquæque Ecclesia, quæ primitus in aliquam hæresim incidit, superioribus temporibus catholica semper erat. Quare potest fieri eam quæ prius semper orthodoxa erat, postmodum in hæresim cadere. An ad sanctos nonnullos, qui prout nos dicimus, Scripturas exponunt? Sed fortasse et hic cui contradicimus, sanctus est. Et quemadmodum in illis alii aliis contradicentes, tamen hæretici non sunt, ita et hic. Restat ergo ad iudicium generalis concilii recurrere. At si viderimus illum ipsum sensum determinans quorundam dictorum Scripturæ, cui repugnantem sensum hic dogmatizat et tenet, indubitabile omnino sit ipsum hæreticum esse. Ergo si quis tale in dogmatibus dicit, ut non unum vel duo, sed omnia supra dicta et generale concilium in contrarium concurrant, ac in præjudicium simul omnium appareat ipsum sacræ Scripturæ pugnare: hic est omnium manifestissimus hæreticus. Sed qui dicit ex solo Patre procedere Spiritum sanctum, talis est.

Et ut per prædicta omnia transeamus: Primum si quis querit et proponit plurium iudicium, siquidem plures dicit, non rudes et illiteratos, sed legentes sacram Scripturam et intellectum lectorum utcumque sequentes, non utique inveniet hic tot tales, quot centenæ talium in illis inveniri possunt.

Si vero sapientiorum in divinis et magis eruditorum iudicium præfers, in illis quidem infiniti invenientur, ita in fine exercitati erga sacram Scripturam, ut audito aliquo ex ea dicto, habeat quilibet eorum statim assignare, et ex quo libro et capitulo est, et quis hujus dicti sensus, et adhuc promptus sit ad omnia dubitanda probabiliter respondere. His cum locutus fuisset sæpe sapientissimis eorum, nondum aliquem talem inveni. Puto autem neque esse eorum talem aliquem. Si vero digniores et principales et dominantiores queris, Ecclesia Romana est, quæ habet in universali Ecclesia summum et dignissimum locum. Si vero eos qui nondum alias in hæresim ceciderunt, ipsa sola est, de quinque Ecclesiis, quæ jare potest hoc gloriari. Si vero sanctos, invenies sanctum Cyrillum et sanctum Augustinum, dicta Scripturæ exponendo, planissime tradentes et ex Filio Spiritum esse. Si vero generale concilium, et hoc. Quia enim hi patriarchæ apostolicam deseruerant sedem, et imperialibus propositionibus se ipsos potius dederunt, et in schismatici rationem, ut ostensum est, ceciderunt: primum quidem Ecclesiarum mater, ne hujusmodi sedes va-

cent, legitimis pontificibus et canonicè sacerdotium habentibus constituit et ordinat cuilibet earum suum patriarcham. Deinde post multos annos generale concilium celebrans, de eodem ipso omnium assensu declarat, hoc per Scripturam concludi, Spiritum sanctum ex Patre Filioque, tanquam ex uno principio, procedere. Quapropter, qui hoc negat, et contrarium sapit, generalis jam concilii iudicio sacræ Scripturæ pugnat. Et propterea in hæretici definitionem manifeste incidens, purus hæreticus est.

Hæc autem et ad te scribo, et ad alios dico, non malevolentia aliqua, et contumeliose, sed cupiditate, ut Ecclesia Christi uniat, et ad seipsam redeat, et omnes Christiani in fidè et veritate id ipsum sapiant, et charitatis vinculo sibi invicem copulentur: quod ut puto non in longum eveniret, si hæc sola, quæ tibi scribo, in mentem omnibus venirent. Nam si persuasum fuisset eis in quo malo sunt, facile utique et hujus liberationem quererent. Quare nihil, ut æstimo, benevolentius pro omnibus communiter fieri potest, quam si talia ad eos dicantur et scribantur.

*Ejusdem domini Barlaami, episcopi Gyracensis, probatio per sacram Scripturam, quod Spiritus sanctus et ex Filio est, quemadmodum et ex Patre.*

Domino nostro Jesu Christo jubente nobis perscrutari Scripturas, duo hiuc intelligimus. Unum, quod pietatis dogmata non sola sunt illa, quæ ex verbis ipsis immediate a Scriptura traduntur, verum etiam sunt alia, quæ per sensum dictorum perscrutantibus nobis elucescunt. Aliud est, quod debitores sumus, non sola quæ verbis promptè significantur tenere, verum etiam illa quæ per sensum eorum emergunt. Nam si præter ea quæ verbo significantur, non apparent et alia ex dictorum sensu similiter illis existentia ad fidem necessaria, non utique dixisset: *Perscrutamini Scripturas* <sup>10</sup>. Ad faciendâ enim ea, quæ verbo immediate significantur, illaque sola tenenda, non perscrutatione, sed lectione sola opus esset. Quare dixisset: *Legite Scripturas*. Id ipsum intelligimus, et Apostolo ad Corinthios dicente: *Littera occidit, Spiritus autem vivificat* <sup>11</sup>: litteram dicente id, quod promptè in Scriptura per vocem significatur, Spiritum vero id, quod per debitam *scrutationem* in Scriptura per sensum conflatur. Ergo si quid eorum, quæ de Deo intelliguntur, ita se habet in Scriptura, ut id quidem recta facta investigatione per omnem appareat Scripturam, ejus vero oppositum neque ex voce, neque ex sensu Scripturæ necessario concludatur, et adhuc sanctorum nostrorum doctorum sicut nonnulli, qui exponendo divinam Scripturam id ipsum manifeste concludant et tradant: manifestum, quod necessarium est hoc admitti et credi: ut, inquam, in divina Scriptura Spiritus sanctus neque quod substantia est, neque quod accidens est, scriptum est; sed esse illum substantiam, ex omni-

<sup>10</sup> Joan. v, 39. <sup>11</sup> II Cor. iii, 6.

busde eo dictis in Scriptura concluditur : esse vero illum accidens, nullatenus concludi potest.

Præterea sacri nostri doctores, exponentes sacram Scripturam aiunt, concludi ex ea, non tantum ipsum substantiam esse, verum etiam increatam substantiam et consubstantialem Patri. Ergo necessarium est et nobis hoc credere et constiteri. Simile igitur huic est, et quod Spiritus sanctus habet esse ex Filio; sicut ex Patre. Hoc enim per sacram Scripturam legitime investigantibus eam apparet : et multi sacrorum nostrorum doctorum exponentes Scripturam, manifeste id ipsum enuntiant : sicut sanctus Augustinus in multis suis scriptis, et sanctus Cyrillus in dictis suis Thesauris, prout potest quicumque vult inspectis eorum operibus videre quod dico. Hujus vero oppositum, quod est, ex solo Patre procedere Spiritum sanctum, et non ex Filio; nullatenus per Scripturam concludi potest.

Illi enim qui hanc defendunt opinionem, credunt se habere potissimum illud quod Dominus ait : *Qui a Patre procedit* ; minime vero per hoc concluditur, quod ex solo Patre ; nimium enim interest dicere aliquid simpliciter, et dicere id ipsum distinguendo, quod *solum*. In multis enim unum est verum, aliud falsum : utpote si dicatur Filium esse Deum verum de Deo vero, verum est. Si vero dicatur solum Filium esse Deum verum de Deo vero, falsum est. Id ipsum et in aliis plurimis invenies. Non ergo dicto, quod ex Patre procedit Spiritus, continuo per hoc necessario concluditur, quod ex solo : sed quantum per hoc, reliquum incertum est. Neque igitur ex dicto verbo, neque ex alio sacre Scripturæ concluditur, quod ex solo. Quia vero et ex Filio est Spiritus, omnis divinitus inspirata Scriptura testatur. Incipiendum autem sit inde.

*Argumentum primum.*

De ingenita persona, duabus personis habentibus esse, quæri potest : quidnam causæ est, quod ipsa principalis persona, in quantum est auctrix unius principatarum personarum, adepta est proprium nomen, et vocatur ad eam Pater ; in quantum est vero principium alterius personæ, nullum nomen consecuta est, quemadmodum postmodum expositores nominaverunt Patrem, spiratorem sancti Spiritus. Ipsa vero sacra Scriptura nullum nomen exposuit, quo oporteat Patrem respectu Spiritus appellari. Et non hoc quæro, utrum alio modo habeat Verbum esse de ingenita persona, alio vero Spiritus ; nam et differentem esse modum, per quem uterque habet esse, ex communi principio credo. Et quid interest inter duos hos modos, ignotum esse hominibus minime dubito. Sed illud quæro : cur unus modus habet speciale nomen, et vocatur secundum ipsum principalis persona Pater : secundum vero alium modum, quo est eadem persona principium Spiritus, nomen in Scriptura non est ? Ille autem arbitror, me non irrationabiliter quærere. Sed ad illud aspiciendo, quod apud nos Pater, Filius, generatio, generatum, et huiusmodi nomina proprie qui-

dem de animalibus dicuntur et maxime de hominibus : ego vero vocibus prætermittis, ipsas res secundum ea quæ nobis tradita sunt, contemplans, ac modum illum, quo Dei Verbum habet esse ex Patre, comparans filiorum apud nos generationi : video illum plurimum ei dissimilem ; quam vero similitudinem apprehendo illius ad hanc, eandem indifferenter video esse et modi, quo Pater principium est Spiritus. Attende enim, ut primum de dissimilitudine eorum dicam.

Seth non ex solo est Adam, sed ex eo et Eva : et non simul, neque per eundem modum. Verbum vero illic ex solo Patre est. Et Seth non est totus ex toto Adam, sed id quod emissum est prius ex Adam, neque homo neque animal est, sed semen per quod in vulva matris Seth conditus est, neque ex toto Adam prodians. Illic vero totus Filius ex Patre toto.

Et hic natus Seth de temporali Adam, non est illi contemporalis. Ille enim præcessit, hic supervixit. Illic vero natum Verbum de sempiterno Patre, cœternum est ei. Et hic is qui natus est, non est in generante : neque qui genuit in generato ; neque duo unus homo est ; neque voluntas eorum semper una ; neque virtus et actio una ; neque eadem scientia. Illic vero Filius in Patre, et Pater in Filio, et duo unus Deus est, et una eorum et voluntas et virtus, et scientia et extrinseca actio. In quo ergo divina illa generatio similis est huic humanæ ? an certe sicut hic est homo de homine, et consubstantiali : ita illic Verbum ex Patre est consubstantiale de consubstantiali, et Deus de Deo ? At vero et Spiritus sanctus id ipsum Deus de Deo est, et consubstantialis de consubstantiali. Ergo in quo Filii generatio similis est hominum generationi, in eodem et Spiritus processio similis est eidem. Magis autem in quo Spiritus processio dissimilis est hominum generationi, in eodem et Filii generatio dissimilis est eidem, quanquam inter se differre credantur. Cur ergo illius dicitur Pater, istius vero nihil ? an certe quoniam ingenita persona duarum personarum existens principium, unius est sola, alterius vero non sola ? Ideo cuius quidem sola ipsa est principium, ad illam habet specificatum nomen, per quod maxime consubstantialitas eorum intelligatur, et vocata est ejus Pater : cuius vero non sola est principium, ad illam nomen non habet, ne commune proprium putetur. Et contingit secundum nomina e converso se habere in Deo quam in Adam, et Eva, et Seth. In his enim Adam, cuius personæ solus causa est, ad illam nomen non habet, quo ejus principium est, scilicet Evæ. Cuius vero non solus, sed cum Eva auctor est, illius nominatur pater : Spiritu sancto huiusmodi permutationem nominum dispensante nobis providendo, ne carnales copulas, et fluxus, et abscissiones, et partus imperfectos, et huiusmodi passiones in Trinitate imaginemur.

Propterea ergo et ne commune proprium patetur, ingenita persona, habentis quidem personæ ex ea

sola esse, nominata est Pater, ad illam vero personam, quæ non ex ea sola habet esse, nomen non habet. Ego quidem hoc credo : qui vero nititur contradicere his, dum non ostendit aliam rationabiliorum causam, propter quam unum est nominatum et aliud innominatum, arbitror eum nihil ad rem dicere.

#### Secundum Argumentum.

In omnibus entibus, de quibus proprie dicimus imaginem et exemplar, cum semper imago inferioris rationem habeat ad exemplar, et in nullo æqualiter exemplari veniat, in Patre vero et Filio illuc per omnia existat æqualitas et substantialis identitas : qui vult Scriptura divina, quod Filium quidem nominat imaginem Patris, Patrem vero minime imaginem Filii? an certe propter principii rationem? quoniam Filius ex Patre est, non Pater ex Filio. Quemadmodum et omne exemplar principium est suæ imaginis. Imaginem itaque divina Scriptura nominans Filium invisibilis Dei, simul ostendit, et quod ex eo est, et quod similis ei est : minoritate videlicet prætermittit, tanquam minime conveniente. At vero, quemadmodum Filius dicitur imago Patris, non Pater imago Filii : ita Spiritus sanctus in eadem Scriptura dicitur imago Filii, non Filius imago Spiritus. Dicit enim Apostolus ad Romanos : *Quos enim præcivit et prædestinavit, conformes fieri imagini Filii sui* <sup>26</sup>. Et ad Corinthios : *Sicut portavimus imaginem terrestri, portemus et imaginem celestis* <sup>27</sup>, celestem dicens Filium. Et iterum : *Nos autem omnes revelata facie gloriam Domini speculantes, in eadem imagine transformamur de gloria in gloriam, sicut a Domini Spiritu* <sup>28</sup>. Quod autem imago Filii dicitur in his Spiritus ipse sanctus, habemus per sanctum Cyrillum in Theauris : in quibus ex eisdem verbis concludit ipse, quod Spiritus est et ex Filio. Ergo et nos id ipsum per eadem concludentes, et ex eo quod dicitur, Spiritus imago Filii : ex ipso etiam secundum superius assignatam rationem intelligentes, rectissime et intelligimus, et concludimus, et dicimus.

#### Tertium Argumentum.

Item cum Deus sit incorporeus, et membra corporalia non habeat, quid est, quod Spiritus sanctus spiritus oris ejus dicitur? Ait enim : *Verbo Domini cæli firmati sunt, et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum* <sup>29</sup>. An certe, ut ex hoc intelligamus Spiritum sanctum ex eo tanquam ex principio esse? sed sicut dicitur Spiritus oris Patris, ita idem ipse in eadem Scriptura dicitur Spiritus oris Filii. Ait enim Isaias de Filio : *Et percussit terram virga oris sui, et Spiritu labiorum suorum interficiet implum* <sup>30</sup>. Et Paulus ad Thessalonicensis : *Quem interficiet Dominus Jesus Spiritu oris sui* <sup>31</sup>. Joannes vero in Apocalypsi propter occidendi rationem tanquam gladium an-

pitum eundem vidit. Ait enim de Filio : *Et ex ore ejus procedebat gladius anceps, ut in eo percussat gentes* <sup>32</sup>. Et post pauca : *Et reliqui interfecit sunt in gladio sedentis super equum procedente ex ore ejus* <sup>33</sup>. Ergo divina Scriptura nominans Spiritum sanctum, Spiritum oris Filii et gladium procedentem ex ore ejus, quid aliud nos docet per hujusmodi signa, nisi quod Spiritus sanctus ex Filio est, sicut ex Patre?

#### Quartum Argumentum.

Item Filius, secundum Isaiam, *brachium Patris dicitur* <sup>34</sup>; Spiritus sanctus in Evangelis *digitus Dei*. Nam beatus Mathæus narrat dixisse Christum : *Si autem ego in Spiritu Dei ejicio demonia, utique pervenit ad vos regnum cælorum* <sup>35</sup>. Sanctus vero Lucas in eodem ait : *Si vero in digito Dei ejicio demonia, utique pervenit ad vos regnum cælorum* <sup>36</sup>. Ergo digitus Dei Spiritus sanctus dictus est. Prætermittis igitur his quæ Trinitati ex his congruere non possunt, scilicet, quod aliud est totum, aliud pars, et aliud propinquius, aliud longius a communi principio : quid reliquum est intelligendum per has nominationes, nisi quod Filius quidem tanquam brachium est ex solo Patre, Spiritus vero sanctus tanquam digitus est ex Patre, Filioque?

#### Quintum Argumentum.

Item in Jordane Pater desuper testabatur Filio <sup>37</sup> : ipse vero Filius subtilus baptizabatur, Spiritus autem sanctus desuper descendens in specie columbæ, non oblique de latere Christi stetit, quod esset utique signum Filium et Spiritum ex solo Patre habere esse, tanquam æque divisos; sed super eum stetit in medio videlicet duorum : quod est signum, communem ipsum eorum esse. Communis autem non utique esset, nisi tanquam ex ambobus procedens, et id quod videbatur desuper columba a Patre descendens ad Filium, signum faciens : quod licet ab æterno Spiritus est ex Filio sicut ex Patre, tamen Filius hoc habet ex Patre, non Pater ex Filio. Nihil autem obstat huic speculationi quod dictum est, columbam manere super Filium. Nam manere in eo, et esse ex eo contraria non sunt. Sicut enim simul et in Patre est, et ex Patre : ita simul et in Filio et ex Filio.

#### Sextum Argumentum.

Cum sit una substantia, virtus et actio Patris et Filii, et omnia quæ sunt, non magis a Patre quam a Filio sint, quidnam causæ est quod Pater in divina Scriptura dicitur facere res Filio, et per Filium : Filius vero nihil dicitur facere Patre vel per Patrem? Verbo enim Domini, ait Psalmista, *cæli firmati sunt* <sup>38</sup>. Et Evangelista : *Omnia per ipsum facta sunt* <sup>39</sup>. Et Apostolus : *Unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum* <sup>40</sup>. Et alibi : *In novissimis autem his diebus locutus est nobis in Fi-*

<sup>26</sup> Rom. viii, 29. <sup>27</sup> I Cor. xv, 49. <sup>28</sup> II Cor. 3, 18. <sup>29</sup> Psal. xxxii, 6. <sup>30</sup> Isai. xi, 4. <sup>31</sup> II Thess. ii, 8. <sup>32</sup> Apoc. xix, 15. <sup>33</sup> Ibid. 21. <sup>34</sup> Isai. liii, 1. <sup>35</sup> Matth. xii, 28. <sup>36</sup> Luc. xi, 20. <sup>37</sup> Matth. iii, 13-17. <sup>38</sup> Psal. xxxii, 6. <sup>39</sup> Joan. i, 3. <sup>40</sup> I Cor. viii, 6.

io, quem posuit heredem omnium, per quem etiam A  
*saecula fecit*<sup>22</sup>. Quia vero e converso fecit Filius aliquid per Patrem, vel Patre, nusquam scriptum est. Quanquam neque instrumentum Patris Filius est, ut dicatur Pater tanquam per instrumentum facere aliquid per ipsum et ipso. Neque rursus quae sunt immediate et propinque sunt a Filio: mediate vero et longius a Patre, ut secundum hunc sensum dicatur Pater facere per Filium; nam immediate a Patre et Filio, tanquam ab uno conditore, uno et simplici actu omnia sunt: cur ergo illo modo Scriptura de eis disputat? An ut intelligamus principium et quod ex eo est, quia esse eorum unam simplicem substantiam, virtutem et actionem et omnia esse communia, ex Patre tanquam ex proprio principio, adest Filio, sed non ex Filio Patri: sed ad hujus speculationis intellectum, Pater dicitur in Scriptura facere Filio et per Filium; huic vero e converso nusquam Scripturae scriptum est. Similiter autem cum sit Patris et Spiritus sancti una simplex substantia, virtus et actio, et neque instrumentum Patris sit Spiritus, neque illa quae sunt, propinquius a Spiritu quam a Patre stant, ipsum quidem Spiritum sanctum facere aliquid Patre vel per Patrem, nusquam Scripturae scriptum est. Quia vero Pater facit res Spiritu, et per Spiritum, per omnem fertur Scripturam. Spiritu enim Deus, secundum Psalmistam, caelos fortificat, et animas nostras confirmat. Et Apostolus ad Romanos: *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis*<sup>23</sup>; et iterum: *Qui suscitavit Jesum Christum de mortuis, vivificabit et mortalia corpora nostra, per Spiritum sanctum, qui habitat in nobis*<sup>24</sup>. Et ad Corinthios: *Nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum*<sup>25</sup>. Et ad Titum: *Sed secundum misericordiam, salvos nos fecit per lavacrum regenerationis Spiritus sancti*<sup>26</sup>. Et ad Hebraeos: *Testante Deo signis et portentis et variis virtutibus, et Spiritus sancti divisionibus*<sup>27</sup>. Et beatus Lucas in Actibus: *Domine qui Spiritu sancto per os patris nostri David pueri tui dixisti*<sup>28</sup>. Et rursus: *Quomodo unxit eum Dominus Spiritu sancto et virtute*<sup>29</sup>. Et multa talia invenies in Scriptura quaerendo: hujus vero e converso minime: Et est certum, quod est eadem causa, ut ita de eis D  
 Scriptura disputet, quod esse communes et easdem ad creaturas actiones Patris et sancti Spiritus. Ex Patre tanquam ex principio adest Spiritui sancto, et non Patri ex Spiritu sancto.

Ut enim hoc intelligamus, Patrem ait Spiritu et per Spiritum facere, Spiritum vero nunquam ait Patre vel per Patrem facere aliquid. At vero secundum eundem modum, quod Filius facit aliquid per Spiritum et Spiritu, omnis divina Scriptura plena est; quod vero Spiritus aliquid facit Filio vel per Filium, usquam Scripturae dicitur. In Evangelis enim

Spiritu sancto dicitur Christus baptizare, et demonia ejicere; et Apostolus ad Romanos: *Non enim ausus sum dicere aliquid eorum, quae per me non fecit Christus in obedientiam gentium in verbo et operibus, in virtute signorum et miraculorum, in virtute Spiritus sancti*<sup>30</sup>. Et ad Thesalonicens: *Quem interficiet Dominus Jesus Spiritu oris sui*<sup>31</sup>. Et ad Hebraeos: *Quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum se ipsum obtulit immaculatum Deo*<sup>32</sup>. Et in Actibus: *Usque ad illum diem, in quo praecipiens apostolis per Spiritum sanctum quos elegit, assumptus est*<sup>33</sup>. Et Isaias: *Et Spiritu labiorum suorum interficiet impium*<sup>34</sup>. Itaque quoniam Spiritus sanctus non est instrumentum Filii, ut per hoc dicatur Filius facere eo et per eum; neque rursus quae sunt, propinquius a Spiritu quam a Filio sunt: uno enim simplici actu, et immediate a Filio et Spiritu sancto, magis autem a tota Trinitate omnia sunt: quid vult Scriptura, quod Filium quidem dicit facere Spiritu et per Spiritum, Spiritum vero Filio vel per Filium facere aliquid nusquam dicit? An certum est, quod secundum superius assignatam rationem consona illi existente Scriptura causa est ut haec ita scripta sint? Quoniam esse communes et easdem ad creaturas Filii et Spiritus sancti operationes: ex Filio tanquam ex principio adest Spiritui, sicut et ex Patre, et non Filio ex Spiritu: aut ergo est Spiritus et ex Filio, aut minime scipsam Scriptura sequitur.

#### Septimum Argumentum.

Item Filius dicitur Verbum Patris, et ex hac nominatione intelligimus eum et coeternum Patri, et ex eo habere esse. Sicut autem Filius dicitur Verbum Patris, ita Spiritus sanctus dicitur Rhema Filii. Ait enim Apostolus ad Hebraeos de Filio: *Qui cum esset splendor gloriae, et figura substantiae ejus, portansque omnia Rhemate virtutis suae*<sup>35</sup>. Quod autem in his Rhema virtutis Filii ipsum Spiritum sanctum nominat, patet ex aliis partibus Scripturae. Certo enim quo Filius purgat animas, ejicit demonia, signa et portenta facit; eodem et portat omnia. At vero scriptum est, illa facere Spiritu sancto: ergo et Spiritu sancto omnia portat. Dicitur autem in proposito dicto Rhemate suae virtutis portare omnia, Spiritus ergo sanctus et Rhema virtutis Filii idem est. Patet autem id ipsum et inde. Cuius personarum ut plurimum in Scriptura vivificare attribuitur? Sancto Spiritui. Ait enim Dominus: *Spiritus est qui vivificat*<sup>36</sup>. Et Apostolus ad Romanos: *Qui suscitavit Jesum Christum ex mortuis, vivificabit et mortalia nostra corpora per Spiritum suum qui habitat in nobis*<sup>37</sup>. Iterum: *Si Spiritu opera carnis mortificaveritis, vivetis*<sup>38</sup>. Quis autem de tribus procedere dicitur? Certus Spiritus. Quis adhuc dicitur esse os Patris? Spiritus. At vero ipse Dominus comprehendens simul vivi-

<sup>22</sup> Hebr. 1, 2. <sup>23</sup> Rom. v, 5. <sup>24</sup> Rom. viii, 11. <sup>25</sup> I Cor. ii, 10. <sup>26</sup> Tit. iii, 5. <sup>27</sup> Hebr. ii, 4. <sup>28</sup> Act. iv, 25. <sup>29</sup> Act. x, 38. <sup>30</sup> Rom. xv, 18. <sup>31</sup> II Thess. ii, 8. <sup>32</sup> Hebr. ix, 14. <sup>33</sup> Act. i, 2. <sup>34</sup> Isa. xl, 4. <sup>35</sup> Hebr. i, 3. <sup>36</sup> Joan. vi, 64. <sup>37</sup> Rom. viii, 11. <sup>38</sup> Ibid. 13.

ficationem, processionem et os, ait : *Non in solo pane vivet homo, sed in omni Remate procedente per os Dei* <sup>55</sup>. Ergo omne Rema procedens per os Dei in quo vivimus, ipse Spiritus sanctus est. Manifestissimum autem hoc fecit Apostolus ad Ephesios dicens : *Et galeam salutaris accipite, et gladium Spiritus, quod est Rema Dei* <sup>56</sup>. Nam cum in lingua Græca gladius esset feminini generis, et Spiritus neutri, non dixit *quæ est Rema Dei*, ut intelligatur gladius; sed *quod est Rema Dei*, ut exinde intelligatur Spiritus: ac si diceretur in lingua Latina: *Qui Spiritus Remi Dei est*. Rema ergo virtutis Filii, quo omnia portat, ipse Spiritus est. Et sicut ubi Filius dicitur, splendor gloriæ Patris, circumlocutive dictum est pro eo quod dicatur Patris, ita et Spiritus sanctus dicitur esse Rema virtutis Filii, pro eo quod dicatur Rema Filii. Ergo ex hac nominatione quid aliud potest intelligi, nisi quod Spiritus ex Filio est? quoniam et omne Rema ex illo est, cujus esse dicitur.

Notandum vero est et illud, quod cum logos dicitur in lingua Græca, et in voce et in corde, rema tantum in voce et ore: Spiritus quidem sanctus dicitur Rema per os Dei procedens, et Spiritus oris Dei: Filius vero logos quidem cordis Dei dicitur. *Eructavit enim*, ait, *cor meum logon bonum* <sup>57</sup>, quod ex persona Patris dictum esse sanctus Dionysius testatur: logos autem oris Dei non dicitur. De quibus vocibus tanquam mysticis quibusdam notis illud intelligimus, quod sicut cordis logos est ex sola mente, rema vero vocis est ex mente et logo, qui in corde est: ita Filius quidem ex solo Patre est, Spiritus vero sanctus ex Patre Filioque.

#### Octavum Argumentum.

Spiritus sanctus dicitur in Scriptura esse et Patris et Filii. Ait enim Apostolus ad Romanos: *Si quis Spiritum Christi non habet, hic non est ejus* <sup>58</sup>; et ad Galatas: *Misit Deus Spiritum Filii sui* <sup>59</sup>. At vero, quæ sunt communia Patris et Filii, non aliter sunt Patris et aliter Filii, sed similiter et eodem modo: quod Dominus ostendit in aliquibus. Ait enim: *Quæcumque Pater facit, eadem et Filius similiter facit* <sup>60</sup>; et iterum, *Sicut Pater suscitavit mortuos et vivificavit, ita et Filius quos vult vivificat* <sup>61</sup>. Sicut ergo facere et vivificare commune existens Patris et Filii, similiter est amborum: ita et si quid aliud commune est Patris et Filii, eadem ratione et modo duorum est, salva videlicet illa distinctione, qua intelligimus communia duorum ex Patre adesse Filio, non ex alio Patri. Et id ipsum significat Dominus dicens: *Sicut Pater habet vitam in semetipso* <sup>62</sup>. Ergo habere vitam in semetipso commune existens similiter amborum, tamen ex Patre ab æterno Filius hoc habet. Quapropter quia

Spiritus sanctus et Patris est et Filii, illo videlicet distincto tantum, quod Filius hoc habet ab æterno ex Patre, ut ejus dicatur Spiritus.

At vero ideo dicitur Spiritus sanctus, Spiritus Patris, quoniam ex eo. Si enim alius existens quam Pater, non esset ex eo, non utique diceretur ejus esse. Significant autem et hoc evangelistæ. Illi enim qui dicunt Spiritum Patris, non dicunt Spiritum ex Patre: Joannes vero solus, qui post omnes Evangelium scripsit, Spiritum a Patre procedentem dicens, Spiritum Patris in suo Evangelio minime dicit. Putasne ignorabant vel illi, utrum ex Patre est Spiritus: vel hic utrum Patris est? Minime. Sed certum est, quod et illi dicentes esse Patris Spiritum, per hoc significare volebant, quod ex Patre est: et hic dicens ipsum a Patre, eodem ipso et quod Patris est significat. Ergo si necessarium est Spiritum sanctum ita esse Filii, sicut est Patris: est autem Patris tanquam existens ex eo; est ergo et Filii tanquam existens ex eo. Est autem id ipsum manifestum, et quia non convertitur; multis enim in Scriptura nominibus Filius cum esset nominatus, in nullo eorum dicitur esse Spiritus, sicut ipse Spiritus dicitur esse Filii. Non enim ubi ait Apostolus *gladium Spiritus* <sup>63</sup>, Filium nominat gladium, ut quidam intelligunt. Patet autem ex superioribus. Cum enim dixisset: *Induimini et sumite armaturam Dei*, ac per hoc Patrem significasset; descendens infert: *Et galeam salutaris accipite*, salutare nominans ipsum incarnatum Filium. *Videbit enim*, ait, *omnis caro salutare Dei* <sup>64</sup>; et *Quia viderunt oculi mei salutare tuum* <sup>65</sup>. Deinde consequenter dicit: *Et gladium Spiritus*, per hæc duo nomina, ipsum Spiritum significans. Merito autem armaturam quidem attribuit Patri, galeam vero et gladium Filio et Spiritui. Quoniam enim armatura est genus vel totum, galea vero et gladius sunt species vel partes: et semper totum et genus principii rationem habet ad partes et species; est autem et Pater principium Filii et Spiritus sancti: jure armaturam quidem habentem principii rationem attribuit principalissimæ Patris personæ: galeam vero et gladium, quorum est armatura principium, Filio et Spiritui, quorum est Pater et principium. Non quia ibi genus et species et totum et partes sunt, sed solummodo secundum rationem principii, et eorum quæ ex eo sunt. Et quoniam caput principii habet rationem ad manum, capitis quidem arma attribuit Filio, manus vero Spiritui: ut exinde intelligamus Filium principium esse Spiritus. Sed quod sermo cæpit dicere, illud est, quod Filius secundum nullum suorum nominum dicitur Spiritus, sicut ipse Spiritus dicitur esse Filii. Ergo ut verba non convertantur, causa est, quod res non convertuntur. Siquidem in Scriptura consona rebus verba redduntur. Non au-

<sup>55</sup> Matth. iv, 4. <sup>56</sup> Ephes. vi, 7. <sup>57</sup> Psal. xlv, 2. <sup>58</sup> Rom. viii, 9. <sup>59</sup> Galat. iv, 6. <sup>60</sup> Joan. v, 19. <sup>61</sup> ibid. 21. <sup>62</sup> ibid. 26. <sup>63</sup> Ephes. vi, 17. <sup>64</sup> Luc. iii, 6. <sup>65</sup> Luc. ii, 30.

tem convertentur, si Spiritus est et ex Filio. Manifestum enim est, quod Filius non est ex Spiritu: Remane autem secundum hunc modum non convertente, merito neque verba in Scriptura convertuntur. Sed Spiritus dicitur esse Filii, Filius vero non dicitur esse Spiritus.

*Nonum Argumentum.*

Mittit in Scriptura Pater Spiritum sanctum. Hic autem Patrem non mittit. Unde quaeri potest, quomodo qui ubique est, et omnia implet, mittitur alio? Ubi enim non est, ut illic mittatur? vel quomodo cui inseparabiliter est unitus, ab eo alio mittitur? vel qui penitus immutabilis est et inalterabilis, quomodo in tempore aliquid patitur? Si vero dicit aliquis, quod ipsa quidem Spiritus persona non mittitur, sed gratia ejus missa ipse dicitur mitti, primum quidem dubitandum est, utrum gratia Spiritus sancti ita mittatur, sicut ea quae de loco in locum moventur; deinde si alia non est gratia Spiritus quam Patris. Una enim trium personarum est simpliciter gratia: et nullam habet Spiritus gratiam, quae Patris similiter non est. Quid familiarius et congruentius, communi gratia missa, Spiritus dicitur mitti a Patre, quam Pater a Spiritu? Nam si scriptum fuisset, quod Spiritus misit Patrem, possemus similiter dicere, quod ipse quidem non mittitur, gratia vero ejus missa dicitur ipse mitti.

Quid ergo vult Scriptura, ut introducat Patrem mittentem Spiritum, missum vero a Spiritu minime? an quia ille qui mittit ad illum qui mittitur, in quantum mittit, principii habet rationem, est autem et Pater principium Spiritus, mitti autem Patrem a Spiritu incongruentissime diceretur. Spiritum vero a Patre mitti, congruentissime dictum est: ut per hoc Pater principium esse Spiritus significetur? Et est utique Patrem ad nos mittere Spiritum, nihil aliud, quam certum nobis facere, quod ex ipso intemporaliter est Spiritus: quia est quidem Spiritus intemporaliter a Patre. Nos autem hoc non intemporaliter cognoscimus, vel credimus, sed in tempore. Igitur quoniam in tempore hoc nobis manifestatur, scriptum est, ipsum Spiritum a Patre mitti, ad nos, quod est manifestum nobis fieri ab eo, quod ex eo est. At vero similiter Patri et Filio mittit Spiritum, et non mittitur ab ipso. Licet enim dicat Isaias ex persona Filii: *Misit me Dominus et Spiritus ejus*<sup>65</sup>; et iterum, *Spiritus Domini super me, propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me*<sup>66</sup>: tamen qua natura convenit Filio vocare Patrem Dominum, illa utique et mitti a Spiritu se ait. Non enim dixit Spiritus Dei, vel Patris, sed *Spiritus Domini misit mei*. Dominum vero Patrem, non secundum suam deitatem, sed humanitatem. Secundum ergo humanitatem in propositis dictis intelli-

gitur mitti a Spiritu, et non secundum deitatem, quia humanitas ejus est, quae Deum Patrem Dominum suum vocat, et non deitas. Ergo quoniam commune est Patris et Filii mittere Spiritum, et non mitti ab eo: qua utique ratione mittit Pater Spiritum, eadem et Filius mittit ipsum. Mittit autem Pater Spiritum; ostendens nobis, quia ex eo est. Mittit ergo et Filius Spiritum, significans nobis, quia ex ipso Filio ipse est. Aspice autem et Apostoli de hoc capitulo alibi diligentiam. Quia enim scivit Filium quidem ex solo Patre, Spiritum vero ex Patre Filioque: ideo de Filio quidem dicit ad Galatas: *Misit Deus Filium suum*<sup>67</sup>; de Spiritu vero post pauca non ita dixit: *Misit Deus Spiritum suum*, ne ex ipso solo significetur, sed quomodo? *Misit Deus Spiritum Filii sui*<sup>68</sup>: per utrumque ambo significans; nam et dicendo: *Misit Pater Spiritum*, significat, quod et ejus est, et ex eo: et dicendo, *Spiritum Filii sui*, significat, quod et ex Filio est, et ab eo mittitur.

*Decimum Argumentum.*

Dat hominibus Deus Pater Spiritum. Ait enim Dominus in Lucae Evangelio: *Quanto magis Pater vester caelestis dabit Spiritum bonum petentibus se*<sup>69</sup>? et apostoli in Actibus: *Nos sumus testes horum verborum, et Spiritus sanctus, quem dedit Dominus omnibus obedientibus ipsi*<sup>70</sup>. Et iterum: *Quis ego sum, ut impediam Deum dare Spiritum sanctum credentibus in nomine Jesu*<sup>71</sup>? Et Joannes in prima: *In hoc cognoscimus, quia in eo manemus, et ipse in nobis, quod ex Spiritu suo dedit nobis*<sup>72</sup>. Et Apostolus ad Galatas: *Qui igitur dedit vobis Spiritum et operatur virtutes in vobis*<sup>73</sup>. Et ad Ephesios: *Pater gloriae dei vobis Spiritum sapientiae et revelationis*<sup>74</sup>. Et ad Thessalonicenses: *Sed Deum, qui et dedit Spiritum sanctum suum in vobis*<sup>75</sup>. Quia vero Spiritus sanctus dat Patrem, nusquam scriptum est; ergo inseparabilis et indivisibilis cum esset Trinitas, dubitabile profecto efficitur, quomodo una persona aliam dat, vel quomodo possibile est a nobis accipi Spiritum sanctum, non accipientibus simul et Patrem? si vero nihilo minus Patrem, quam Spiritum accipimus, quando Spiritum accipimus, quae ratio est, ut non similiter et Patrem a Spiritu dari scribatur? Si vero dicit aliquis, quod accipere Spiritum sanctum, cum nos ab eo accipimus, et aliquam spiritualem operationem patimur ab eo, et spirituale aliquid donum ab eo accipimus, vel sapientiam, vel linguam, vel prophetiam, vel potestatem solvendi et ligandi, vel aliquid tale, et hoc est quod nos accipimus ipsum; quia e converso accipimus et bene patimur ab ipso, inalterabili et immutabili eo manente: est quidem, prout credo, Spiritus acceptio bene expressa, quod vero quaeritur, nihilo magis inventum est, vel dubium solutum. Nam si nihilo magis a Spiritu sancto accipimus, et beneficium patimur,

<sup>65</sup> Isa. XLVI 1, 10. <sup>66</sup> Isa. LVI 1; Luc. IV, 18. <sup>67</sup> Galat. IV, 4. <sup>68</sup> ibid. 6. <sup>69</sup> Luc. XI, 13. <sup>70</sup> Act. V, 32. <sup>71</sup> Act. X, 47. <sup>72</sup> Joan. IV, 15. <sup>73</sup> Galat. III, 5. <sup>74</sup> Ephes. I, 17. <sup>75</sup> I Thess. IV, 8.



et dona accipimus, quam a Patre; æqualiter enim et similiter a tribus personis hujusmodi beneficia nobis eveniunt: quæ causa est, ut enim hujusmodi beneficia æqualiter a Patre et Spiritu accipimus; Pater quidem dicatur dare nobis Spiritum sanctum, hunc vero e converso minime scribatur: an certe, quoniam semper ille, qui dat aliquid, in quantum dat, principii rationem habet ad id quod datur, est autem et Pater principium Spiritus sancti, dici quidem Patrem dari a Spiritu sancto, absurdissime diceretur; quia vero Pater dat Spiritum, congruentissime dicitur, ut exinde intelligamus, illum quidem tanquam principium, hunc autem tanquam ex eo; et ita dicta in tempore datio Spiritus sancti, reducit nos ad sempiternam ejus ex eodem processionem. At vero et Filius dat in Scriptura Spiritum sanctum. Insufflavit enim, et dixit discipulis: *Accipite Spiritum sanctum* <sup>76</sup>. Et in prima catholica Epistola ait beatus Joannes de Christo: *In hoc cognoscimus, quia manet in nobis, de Spiritu quem nobis dedit* <sup>78</sup>. Quia vero Spiritus sanctus dat Filium, nusquam scriptum est. Quoniam ergo dare Spiritum et non dari ab eo, commune est Patris et Filii; communia vero indifferenter sunt communia: similiter utique intellecta datione et acceptione in Filio et Spiritu, sicut in Patre et Spiritu; necesse est ex eo ipso intelligere nos, quod Filius principium est Spiritus, et Spiritus intemporaliter est ex ipso.

#### Undecimum Argumentum.

Effundit in Scriptura sacra Pater Spiritum sanctum. Ait enim: *Effundam a Spiritu meo super omnem carnem* <sup>76</sup>. De quo quis merito dubitabit, quomodo effunditur, quod non est humidæ naturæ vel defluentis, vel quomodo patitur aliquid, quod penitus est impassibile; ac si vera est Patris et Spiritus sancti operatio, et est effundere operatio quædam: et ipse ergo se ipsum effundit. Sed quomodo cum esset simplicissimus ipse ad seipsum facit, et a se ipso patitur? si vero dicit aliquis, quod effundi ipse dicitur, eo quod ejus gratia effunditur, ut scriptum est in Actibus, quod *Et in gentibus gratia Spiritus sancti effusa est* <sup>77</sup>; hoc autem propter copiosam et abundantem donorum distributionem ad multos subito transeuntem: sed cum eadem sit gratia Patris et Spiritus sancti, quid magis communi gratiæ effusa, Pater dicitur effundere Spiritum, quam Spiritus Patrem? Hujus autem solutio eadem utique est, quæ et priorum. Quoniam enim ille qui effundit, ad id quod effunditur, in quantum effundit, principii habet rationem; est autem et Pater principium Spiritus; merito communi gratiæ effusa Pater quidem dicitur effundere Spiritum; Spiritus vero Patrem non, ut ex hujusmodi vocibus

dirigamur ad intelligendum, quod Pater principium est Spiritus. Necesse enim est, ut sempiterna per ea quæ temporaliter in Scripturis dicuntur, tanquam per quædam signa, secundum aliquam similitudinem significentur. At vero et Filius dicitur in Scriptura effundere Spiritum. Ait enim Apostolus ad Titum: *Secundum suam misericordiam salvos nos fecit, per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus sancti, quem effudit ad nos copiose per Jesum Christum Salvatorem nostrum* <sup>78</sup>. Effundi enim ait Spiritum per Filium, quoniam et ipsum ut effundat Spiritum, habet Filius ex Patre, quod significatur ex alia Scriptura. Scriptum enim est in Actibus: *Promissione Spiritus sancti accepta a Patre, effudit hoc quod nunc videtis et auditis* <sup>79</sup>. Quod vero Spiritus effundat Filium, scriptum non est. Quare et ex hoc Filium principium esse Spiritus concluditur.

#### Duodecimum Argumentum.

Accepta, ait, a Patre promissione Spiritus sancti, effudit hoc quod nunc videtis et auditis. Hoc autem ait, non quia habet aliquid Pater, quod Filius non semper habet, et postmodum id ipsum accipit a Patre. Nam intemporaliter cum esset a Patre natus, hoc ipso quod intemporaliter ex eo natus est, ab æterno habens ex Patre omnia quæcunque habet, dicitur accipere a Patre; non quæ prius non habebat, sed æternaliter quæ ex eo existens habet. Quare quod scriptum est, accipere ipsum a Patre, significatum est æternaliter ex Patre ipsum esse, et habere quæcunque habet. At vero sicut Filius dicitur accipere a Patre, et effundere apostolis, ita Spiritus sanctus dicitur accipere ex Filio, et annuntiare eisdem. Ait enim: *De meo accipiet, et annuntiabit vobis* <sup>80</sup>. Quare et hoc similiter significatum erit, quod ipse Spiritus sanctus ex Filio æternaliter est et habet quæcunque habet: sicut et ex Patre. Hoc autem patet et per præcedentia verba; dixit enim: *Cum venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem* <sup>81</sup>. Deinde quoniam per hoc quædam diminutio posset putari ejus Filio: siquidem docere apostolos omnem veritatem, rem tantam, ipse quidem non fecit, Spiritum vero sanctum hoc ait facturum fore, insert: *Non enim loquetur a semetipso; sed quæcunque audiet, loquetur, et quæ ventura sunt, annuntiabit vobis* <sup>82</sup>. Ac si diceret: Quod ille vos ducat ad omnem veritatem et annuntiet vobis ventura, gloria mea est, quoniam sicut ego accipiens a Patre effundam vobis, ita ille accipiens ex meo annuntiabit vobis. Hoc est, Sicut ego intemporaliter existens ex Patre ab eo intemporaliter habeo quæcunque habeo et facio: ita Spiritus de me intemporaliter existens, de meo habet omnia quæcunque habet et facit. Quare ducere vos in omnem veritatem, de meo acceptum intem-

<sup>76</sup> Joan. xx, 22. <sup>77</sup> I Joan. iv, 6. <sup>78</sup> Joel. ii, 28. <sup>79</sup> Act. x, 45. <sup>80</sup> Tit. iii, 5. <sup>81</sup> Act. ii, 33.  
<sup>82</sup> Joan. xvi, 14. <sup>83</sup> ibid. 15. <sup>84</sup> ibid.

# BARLAAMI ORATIO

## PRO UNIONE

*Avenione habita coram Benedicto XII Pontifice Maximo.*

(Allat. De consensu, p. 787.)

Benedictus duodecimus, certior factus ab Andronici Junioris nuntiis, Græcos reverti et reconciliari cum Romana Ecclesia velle, statim datis litteris ad Andronicum et illius uxorem, duos misit Byzantium legatos, ut refert Gregoras lib. x, qui de pace et concordia Ecclesiarum pertractarent: a qua non alienos fuisse Byzantinos, idemmet narrat, tanquam qui patriarcham ad negotium, nec citra tumultum, urgerent. Audiamus, quid hac eadem de re Benedictus XII ad Robertum, Siciliæ regem, narret, ex Bibliotheca Barberina: « Charissimo in Christo Filio, Roberto regi Siciliæ illustri. Veniens pridem ad præsentiam nostram Barlam, abbas monasterii Domini nostri Jesu Christi Salvatoris Constantinopolitani, nuntius, ut asserit, magni sui principis Andronici, moderatoris Græcorum illustris, quoddam negotium reunionis Græcorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ faciendæ tangentiæ proposuit coram nobis: super quibus serenitati regis scribere intendimus magis plene. Sane, quia dictus abbas de beneplacito nostro revertitur ad mittentem, ipsum regis benevolentiam propensius commendamus. Datum Avenione, iii Kal. Septembris, anno v. » In nomine Domini nostri Jesu Christi, anno a Nativitate ipsius millesimo trecentesimo tricesimo nono, ad presentiam sanctissimi domini Patris Benedicti divina Providentia papæ XII, apud civitatem Avenionensem, ubi cum sua curia residebat, Barlam dictus abbas monasterii Domini nostri Jesu Christi Salvatoris Constantinopolitani, una cum nobili viro Stephano de Dandulo milite veniens, et ferens litteras Dominorum Philippi Franciæ et Roberti Siciliæ regum illustrium, continentes inter cætera, quod idem Barlam cum milite prædicto ex parte magni principis Andronici moderatoris Græcorum, pro negotio reunionis Græcorum Ecclesiæ Romanæ ac ipsius Ecclesiæ unitate, missus fuerat ad has partes, coram præfato domino nostro summo pontifice, ipsiusque sacro collegio dominorum cardinalium in effectu proposuit, quæ sequuntur; videlicet, quod in generali concilio per eundem dominum nostrum summum pontificem convocando, articulus de processione Spiritus sancti, per disputationes et concertationes ibidem concordaretur inter Latinos et Græcos, quodque ante omnia super recuperatione trium vel quatuor civitatum magna-

rum, quæ per Turcos infideles in præjudicium imperii Græcorum occupatæ detineri dicuntur, per ipsum dominum summum pontificem, et Ecclesiam dictosque reges, ac fideles alios, præstaretur auxilium, et aliæ non modici ponderis gratiæ a sede apostolica Græcis exhiberentur prædictis. Et licet prædicti Barlam et miles, interrogati ab eodem domino nostro summo pontifice, ipsiusque collegio, si habeant super præmissis, vel aliis proponendis et dicendis, ab illo qui se dicit patriarcham Constantinopolitanum in illis partibus, aut moderatore prædicto, vel aliis personis magnatibus dictarum partium ecclesiasticis aut mundanis litteras vel mandatum, ne frustratorie aut delusorie procederetur super his, cum sicut ex gestis antiquis colligitur, olim super prædicta solemnibus tractatibus habitis, et negotio concordato, postquam Joannes tunc patriarcha Constantinopolitanus, et quondam Michael Palæologus moderator Græcorum, synodatico suo celebrato concilio per suos solemnes apocrysiarios idoneis mandatis suffultos fidem catholicam, quam tenet, docet, et prædicat eadem Romana Ecclesia, fuerunt in generali concilio Lugdunensi professi, retrospectantes damnabiliter a professione hujusmodi recesserunt, et ad vomitum redierunt, eadem Romana Ecclesia, quantum in eis fuit, remanente delusa finaliter. Barlam et miles responderunt prædicti, se nequaquam habere hujusmodi litteras vel mandatum. Tamen præfati dominus noster, et ipsius collegium, reunionem affectantes prædictam, ex qua, si daretur a Domino, salus animarum multarum procul dubio resultaret, ea quæ dicti Barlam et miles volebant proponere ad experiendum, si fructus exinde posset aliquis elici, unde via utilis aperiri valeret negotio reunionis prædictæ; fecerunt sibi dari, quæ quibusdam colorata rationibus sequuntur in hunc modum: — « Quoniam divinum et adorabile mandatum factum est mihi a vestra sanctitate, ut dicam modum per quem reposito ego possibile esse, Orientalem Ecclesiam uniri Occidentali Ecclesiæ, vestro obediendo mandato, hoc dicto procedente jam faciam. Primum autem omnium deprecor Deum, ut, sicut ego cum omni veritate et puritate cordis loquar de istis, sic et ipse emittat ad sanctam animam vestram, quod sit ad gloriam quidem et laudem vestræ magnificentissimæ,

destructionem autem impiorum, perfectionem vero et unitatem omnium Christianorum. Sanctissime Pater, duo sunt modi, per quos potest aliquis reputare possibile esse, fieri prædictam unionem. Unus quidem sit, violenter, hoc est, si vim passi habitantes Orientem, nolentes recipiant vestram communitatem : alius vero, qui liber sit, hoc est, per doctrinalla verba erudi-i et humiliati, volentes vobiscum uniantur. Horum ergo duorum modorum prior quidem omnino diuitatur, quoniam vobis placet. Secundus autem, qui est voluntarius, duplex est. Alius est enim modus, per quem possibile est sapientes nostros concordari vobiscum ; et alius, per quem, populum communem. Sapientium quidem modus simplex est et facilis : nam si venerint ad vestram sanctissimam majestatem ex nostris sapientibus triginta aut quadraginta, aut quocumque sint, bene scio, quia concordabuntur vobiscum statim facillime. Quare ? quia neque vos queritis, ut irrationalis appetitus vincat, neque illi : sed et vos et illi queritis, ut vincat veritas. Ergo, quoniam et ambo desideratis veritatem, credendum est, quia et cito ipsam invenietis, et cito concordabimini. Sed isti, postquam fuissent concordati vobiscum, reversi ad Orientem, non poterunt reducere populum nostrum ad credendum, quia fuerunt concordati vobiscum, cum salva essent dogmata sanctorum Patrum : sed surgent alii quidam, aut propter invidiam, aut vanam gloriam, aut forte reputando bene facere, et docebunt totum contrarium plebi, et dicent : Viri fratres, videte ne seducamini, neque audite eos ; isti enim cum sint corrupti propter munera et vanam gloriam, dicunt quæ dicunt ; nihil ergo removeatis ex iis quæ tenetis. Isti ergo, sanctissime Pater, dicendo talia verba, humiliabunt plebem credere eis. Sapientes autem, qui vobiscum fuerint concordati, nihil facere poterunt, sed magis erunt in periculo a turba pereundi. Unde prædictus modus propter quidem sapientes sufficiens est, propter vero populum nequaquam. Quis ergo est modus, qui et plebem et sapientes simul adducat ad unionem vestram ? Ego dicam. Audiendo communis populus, quod sexies factum est generale concilium, et, quoties factum est, ad perfectionem Ecclesiæ factum est, et ad correctionem errorum, qui erant in illis temporibus, opinionem receperunt omnes ad animas suas, quia quod sit determinatum a generali concilio, rectum et sanum est. Ergo, si fiet et nunc de differentiis, quas habetis cum Græcis, generale concilium, ut nos ostendemus, quæcunque a generali concilio determinata fuerint, omnes Orientales libenter hæc recipient, et nemo erit qui his contradicat, et sic unanimitas statim et unio facta erit. Si autem aliquis dicat, quia jam factum est de istis generale concilium in Lugdunensi, in quo fuerunt et Græci, sciat, quod nemo poterit humiliare populum Græcorum, ut recipiant illud concilium sine alio concilio. Quare ? quia illi Græci, qui interfuerunt isti concilio, non fuerunt

A missi, neque a quatuor patriarchis, qui gubernant Orientalem Ecclesiam, neque a populo, sed a solo imperatore, qui conatus fuit facere unionem vobiscum ex vi, et non voluntarie. Si ergo vestra sanctitas concedit, ut fiat de isto generale concilium, sit taliter ejus initium. Mittantur a vobis ad Orientalem Ecclesiam legati, viri religiosi et timentes Deum, et pleni spiritu humilitatis et patientiæ, et portent a vobis litteras habentes istum modum : Viri fratres, scitis, quia communis inimicus noster diabolus posuit scandala inter vos et nos, et separavit nos ab invicem. Debemus ergo et nos et vos tristari super hoc, et commune damnium reputare istam separationem. Rogamus ergo vos ut fratres in Christo, patriarcham Constantinopolitanum, et patriarcham Alexandrinum, Antiochenum et Hierosolymitanum, et alios pontifices et electos viros, ut conveniamus simul in aliquo loco, et quæramus communiter cum spiritali affectu de præpositis, et quod nobis revelabit Spiritus sanctus, hoc determinabitur, et speramus in misericordia Dei, quia scandala foras efficiuntur, et uanimitas et amor dominabuntur vestri. Si sic, sanctissime Pater, mansueta verba audierint Orientales, imperatorque et patriarchæ et populus maxime gaudebunt ; statim incipient operari ad propositum, et cum vestris auxiliis ordinabunt modum, tempus et locum, in quo universale fiet concilium, in quo sine omni dubio est credendum, quia unio firmiter facta erit. Postea quoque interfuerint isti concilio exhibunt ad communem populum, et dicent : Viri fratres, sanctum et generale concilium determinavit hæc et hæc ; debetis ergo recipere ea. Et omnes ea sine dubio recipient. Iste, sanctissime Pater, solus modus est, sicut videtur mihi, per quem unio Ecclesiæ fieri potest. Consulo autem et hoc ; magis vero deprecor. In Turcia quatuor sunt civitates magnæ et divites, quæ hactenus fuerunt Græcorum, et propter peccata nostra multo tempore jam traditæ fuerunt in manus impiorum : nunc vero qui tenent et custodiunt illas, erant quidem Christiani, ex vi autem facti sunt Turci. Isti ergo, volendo iterum reverti ad Christianam fidem, notum fecerunt domino meo imperatori, ut vadat cum exercitu ad eos, et ipsi illi tradent prædictas civitates. Imperator vero, non confidendo in sola sua gente, misit nos ad Christianissimum regem Francorum, quærens propter hoc auxilium. Nam si apprehensæ fuerint illæ civitates, et reversæ ad nos, primum quidem totam virtutem, quam habent Turci per mare, statim perdent, et deficient mala quæ patiuntur Christiani per mare ; ab eis etiam regiones et civitates, quæ sunt inter prædictas civitates et vos omnes, tradentur nobis ; et erit magna janua aperta sancto passagio. Et audiens hæc rex Francorum, misit nos ad vos, ut dicatis, quid vobis de isto placeat. Unde supplicamus vobis, sanctissime Pater, ut concedatis, ut mittatur auxilium ad partes illas, aut priusquam vadant illuc prædicti vestri legati, aut

simul. Hoc autem dico propter duas rationes. Primum quidem, quod naturaliter omnes homines magis volunt subjugari beneficientibus eis, quam contra facientibus. Nam et Judæi, cum sint ingrattissimi omnium hominum, tamen quando Christus nutrit eos ex quinque panibus in deserto, cum voluerunt eorum regem facere. Ergo et Græci, videntes, sibi jam factum vestrum auxilium, magis erunt parati recipere verba vestrorum legatorum, et ipsa adimplere; etiam nos, qui desideramus Ecclesiæ unionem, poterimus fiducialiter unionem populorum docere; et imperator noster, accipiens occasionem, poterit et patriarchæ et aliis pontificibus dicere: Videte, quomodo Latini sunt boni homines, et quomodo quærent nos fructuosos operibus et gratiosis verbis! debemus ergo et nos similiter diligere eos, et quærere modum, per quem cum ipsis concordemur. Secunda autem ratio est ista: non poterit imperator dare se ad ordinandum generale concilium, nisi prius guerra, quam habet cum Turcis, diffiniatur; neque enim dum guerra sit, poterit quatuor patriarchas et alios pontifices in unum congregare, nec concilio poterit interesse, et propterea oportet, ut ipsi æmuli prius ab imperio aliquantum longius expellantur; et tunc imperator, accepta tranquillitate, quantum ex sua parte est, poterit perfecte adimplere. Quod vero dicunt quidam ex vobis, quia oportet prius uniri vobiscum Græcos, et tunc ibimus contra Turcos, non mihi videtur bene dictum esse, propter sex argumenta. Primum, quia Turci etiam solum nocent Græcis, sed etiam Armeniis, et Cyprianis, et Herodiis, quia omnes sunt subditi nostri, et omnibus habitantibus insulas. Unde, quando propter Græcos non vultis mittere auxilium contra Turcos, ad minus propter miseros Armenios qui sunt jam desolati, et propter alios Christianos, subditos nostros, debetis mittere ad partes illas vestrum auxilium. Secundum, quia Turci expugnant Græcos, non tanquam Græcos, nec quoniam differunt a vobis, sed quia crucem sunt adorantes. Unde per se quidem expugnant crucem, per accidens autem Græcos. Si ergo abieritis contra Turcos, non ibitis ad auxilium Græcorum, sed crucis, quæ est communis salus omnium Christianorum. Ergo justum est, sicut Græci sunt defensores crucis, et vos similiter sitis. Tertium, quia nunc quidem, dum sit salvum imperium Græcorum, et sit in juribus suis, facillimum est Latinis cum imperatore Græcorum Turcos prosternere. Quare? quia primum quidem, Græca militia scit bene per experientiam modum guerræ Turcorum; et insuper per totam Turciam et Saraceniâ sunt commisti plurimi, et adhuc Christiani, et alii jam renegati, qui valde diligunt dominium Græcorum; isti ergo cum audierint, quia cum exercitu imperator vadit ad eos, statim unanimiter subjicientur sibi: si autem, quod Deus non permittat, everterent imperium Græcorum, tanto erunt fortiores, ex natura loci et rerum: quis autem omnino impossibile et difficillimum erit

vobis prosternere eos; unde, donec est facile prosternere eos, ne vos pigeat, nec dimittatis venire illud tempus, in quo erit vobis meditatio, non quomodo ibitis super eos, sed quomodo cavebimini ab eis, et erit magnum quid vobis, ulcisci ab eis. Quartum, si soli Turci venissent ad vos, dicentes: O Latini, volumus quidem esse saltem Turci, tamen rogamus vos, ut simul vobiscum expugnemus Tartaros, Saracenos, et disperdamus eos, recepissetis utique eorum supplicationem; quare? quia magis esset utile vobis cum Turcis expugnare Tartaros et Saracenos, quam si soli expugnassetis omnes tres. Ex simili ergo utilius est vobis, cum Græcis, tam si concordant vobiscum, quam si non, impios expugnare, quam si soli expugnetis Turcos et impios. Quintum, scitote et hoc vere, quia non tantum differentia dogmatum separat corda Græcorum a vobis, quantum odium quod intravit in animos eorum contra Latinos ex multis et magnis malis, quæ per diversa tempora passi sunt Græci a Latinis, et adhuc patiuntur per singulos dies; quod odium nisi prius abijciatur ab eis, non poterit unio fieri. Verumtamen, nisi prius fiat eis magnum a vobis beneficium, neque prædictam odium abijciatur, neque aliquis poterit audere loqui ad eos ea quæ sunt unionis. Sextum, scitote et hoc, quia non communis Græcorum populus misit me, ut quæram a vobis auxilium et unionem, sed imperator solus secreta; qui, nisi prius mittatur auxilium ad partes illas, non poterit manifestare se plebi suæ, quod vult vestram unionem. Ecce dixi et narraui vobis omnia. Deus faciat quod melius est. Prædictum quidem modum unionis habeo manifestum, et si possibile est vobis facere eam, gratia sit Deo. Si vero non, dicam vobis alium modum qui in dubio quidem est, tamen potest Deus facere et per ipsum unionem. Quod ergo jam dixi magnum odium, intravit in animas Græcorum contra Latinos ex multis malis, quæ passi sunt ab eis; quod odium nisi prius ejiciatur, nemo poterit docere Græcos vestram unionem. Ut ergo prædictum odium prius ejiciatur, supplicamus, ut adimpleatis nobis istas tres supplicationes: primam, ut concedatis regi Francorum mittere ad partes illas auxilium; secundam, ut detis indulgentiam peccatorum omnibus volentibus adjuvare cum rebus eorum, et omnibus morientibus in bello Turcorum; tertiam, ut omnes Græci, qui fuerunt venditi a Latinis, ubicunque sint, liberentur, et de cætero, ut non vendantur Græci, et si quondam vendiderint, vel emerint eos, vel vadant contra eos, sint excommunicati; et, priusquam facta essent ista, mittantur a vobis ad partes illas doctores, et doceant populum, imperatore dante eis securitatem; et forsitan populus ille videntes prius vestra beneficia, verecundabuntur, et humiliabuntur recipere, et sine generali concilio, vestram unionem. Tamen supplico sauctitatem vestram, ut si inveneritis alium modum, per quem possibile erit populum re-

cipere vestram unionem, ostendatis nobis ipsum, et nos, quod possibile est, parati sumus ducere ad effectum. — Quibus per eosdem dominum nostrum summum pontificem et collegium visis et diligentius intellectis, habitaque super eis deliberatione matura, breviter responderunt, quod cum olim a sanctis Patribus, et viris catholicis in Ephesino partium Græciæ, quod est unum de quatuor principalibus conciliis; nec non Toletano, Lugdunensi, et aliis diversis conciliis per Romanos pontifices et ecclesiam Romanam, vel auctoritate ipsorum in diversis mundi partibus tam Orientalibus, quam Occidentalibus celebratis, solemniter determinatum catholice fuerit, ac etiam diffinitum, quod Spiritus sanctus æternaliter a Patre et Filio, tanquam ab uno principio et conspiratione procedit, et quævis opinio contraria reprobata existit et damnata; non esset decens nec expediens præfato domino nostro, et Ecclesiæ sanctæ Dei, cœtæque fidelium, sic clarum, determinatum et diffinitum fidei articulum hujusmodi, quem Græci antiquissimo tempore, piæ memoriæ Ormisda papa Romano, et Joanne patriarcha Constantinopolitano, Ecclesiis tunc præsidentibus, et Justino imperatore regnante, professi fuerunt expresse, nec non subsequenter post lapsum longi temporis super professione ipsius articuli Joannes tunc patriarcha Constantinopolitanus, et Michael Palæologus tunc temporis moderator Græcorum, prius ab eodem patriarcha synodico celebrato concilio, solemnem epistolam recolendæ memoriæ Joanni papæ XXI miserunt, nunc per novas disputationes, vel altercationes, aut alias quomodolibet, in dubium revocare; nec providentia sedis apostolicæ circumspecta, quæ in suis articulis et processibus, maxime super iis quæ fidem orthodoxam concernunt, maturitatem observare solet a rectitudinis et veritatis tramite non discedens, fecerit ea, quæ per eam provide, solemniter et catholice determinata et diffinita sunt, in concertationes vel disputationes superfluas deducere, maxime per schismaticorum et hæreticorum insigationem vel instantiam, consuevit; et, si hoc fieri super articulo memorato, determinato juxta veritatem catholicam, et præsertim permetteret circa illum videlicet dubitare, quod absit. Rursus cum prædicti Barlam et miles, hujusmodi responsione audita, dicerent, quod saltem, quod si ad profitendum dictum articulum Græci forsas induci non possent, reunionem factam permitterent ipsi Græci, quod super eodem articulo tenent, credere, Latini que crederent catholice, Spiritum sanctum a Patre et Filio procedere secundum veritatem catholicam, sicut credunt; responsum existit, hoc esse nullatenus tolerandum, quia in ipsa Ecclesia catholica, in qua una fides esse noscitur, sic quoad hoc duplicem fidem minus veraciter esset dare, dictus dominus noster summus pontifex cum ipsa Ecclesia hujusmodi manifesto non resistendo, errori viderentur eidem, quod avertat Dominus, consentire. Verumta-

men ad hujusmodi et alios expellendos de cordibus Græcorum errores, ipsosque inducendos ad unitatis catholicæ veritatem, idem dominus noster aliam viam magis facilem et accommodam, quæ sibi et dicto collegio dominorum cardinalium occurrebat, prælibatis Barlam et militi ostendendam, videlicet quod per illum, qui se in partibus illis patriarcham Constantinopolitanum appellat, et moderatorem Græcorum qui nunc est, convocatis illis, qui Alexandrinæ, Antiochenæ et Hierosolymitanæ Ecclesiarum antistites in eis partibus nominantur, a clero partium earumdem principalibus, et nobilibus et majoribus populi in synodico concilio convocatis certi assumerentur sapientes, et ad has partes Occidentales mitterentur, idoneis mandatis suffulti, qui cum aliis viris sapientibus, doctis in lege Domini, et peritis, per sedem apostolicam super hoc deputationis, non per modum disputationis vel concertationis, sed instructionis, quoad Græcos ipsos salutare haberent maturos, et diligenter tractatos, ut tandem super prædicto articulo, et dubiis, quæ Græci prædicti habeant alia circa fidem, ab ipsis Græcis, luce catholicæ veritatis percepta, et de cordibus eorum fugatis tenebris, ad ovile reverterentur Dominicum, cujus est unus pastor, et extra quod non est alicui gratia neque salus. Nam concilii generalis convocatio, quæ longi temporis tractum exiget, ac expensas, et labores varios et intolerabiles, quoad Occidentales prælatos et personas ecclesiasticas, nec non reges, principes et alios convocandos ad illud, secum traheret, non videtur, præsertim hoc præsentibus turbato et impacato tempore, peccatis, pro dolor! exigentibus, expedire. Ad hoc autem quod de præstando eisdem Græcis ante omnia subsidio, et aliis exhibendis gratiis, ut exprimitur, superius petebatur, et fulciebatur pro parte dicti Barlam rationibus quibusdam, ab eo datis in scriptis, ut sequitur in hunc modum. — Licentia mihi data a vestra sanctitate respondere, fiducialiter respondebo. Dicunt quidam, inconveniens esse, si posuerimus iterum in examinationem quod habemus jam sicut manifestum, mihi autem videtur totum contrarium; si manifestum est, multo magis convenit poni ipsum in examine, si aliqui dubitant de eo, per quatuor rationes, quarum prima est ista. Vos confitemini nunc, quia Spiritus sanctus procedit et ex Filio, sicut et ex Patre; sed hoc a Græcis dubitatur. Si autem verum est, et ponetur in communem examinationem, sicut est nunc vobis manifestum, sic et tunc fiet et Græcis manifestum; quod vos deberetis maxime considerare. Quemadmodum enim natura aromatum, quanto quis ista movet manibus, majorem emittit odorem, sic et natura veri, quanto magis examinatur disputatione, tanto magis pura et clara apparet. Omnis enim examinatio non consuevit facere dubia quæ primo erant manifesta, sed contrarium. Ea enim quæ prius erant dubia, ipsa examinatio habet a natura ad clarum ducere. Ea ergo, quæ prius erant manifesta, ipsa examinatio

manifestiora facit. Secunda ratio est ista. Justum est, ut vos exemplum assignetis a sanctis Patribus. Illi enim habebant quidem manifestum, quia Filius ejusdem substantiæ est Patri; tamen, quoniam Ariani dubitarent de hoc, posuerunt hoc in examinatione, ut et alios salvarent: similiter et in aliis conciliis orthodoxi Patres habebant quidem manifesta ea, de quibus hæretici dubitabant, tamen quoniam desiderabant et illos juvare, ponebant ea in communem examinationem. Non enim erat in eis quid prohibens eos facere; et credebant; vere, quia, quæ habebant ipsi manifesta, posita in examinationem, adhuc manifestiora fiunt, et multos juvabant: ergo et vos, si similiter volueritis facere, ad gloriam vobis continget. Tertia ratio est ista. Ego quidem sciens bene, Latinos nunquam de eis aliquid blasphemium; prudentes enim viros et sapientissimos scio; sed alii Græci, qui non noscunt eos sicut ego, dicent, quia, pro timiditate, noluerunt venire ad examinationem, timendo, ne forte videantur Græci dicere veriora quam ipsi; qui enim confidit sibi, et reputat firmiter habere veritatem, non effugit examinationem; qui autem hanc effugit, præstat suspicionem timiditatis. Si quis enim, ambiens aurum, negat experiri in lapide, cum recipiens ipsum petat et hoc fieri, suspicionem dat, quia non credit, purum esse aurum suum: sic et vocatus in iudicium et examinationem pro aliqua re, et nolens accedere, suspicionem dat, quia non confidit in se ipso, neque reputat firmiter, firmari in veritate. Attendite ergo, si bonum est, talem opinionem dare aliquibus de vobis ipsis, quia ab omnibus hominibus differtis secundum meam opinionem sapientia et magnificentia. Quarta ratio est ista. Non debet aliquis timere, ne forte contingat Ecclesie Dei ex isto concilio aliqua desolatio, considerando quia quoties factum est generale concilium, semper ad exaltationem et honorem Ecclesie, et majorem firmitatem veritatis factum est; ergo et nunc credendum est, quia, si fiat de propositis generale concilium, et exaltatio magna Ecclesie sequetur. Si aliquis autem vult dicere, quia istud opus indiget multis temporibus et magnis expensis, sciat, quia pro isto opere non tantum pecunias et tempora pro nihilo debemus reputare, sed et sanguinem nostrum libenter propter hoc effundere, si necesse fuisset; quia majus opus, quam uniri Græcos cum Latinis, sub cælo non poterit homo invenire. Quem ergo habeo residuum modum unionis, jam dicam tantum protestando, quia certissime quidem non possum dicere, si fiet per istum modum unio, tamen credo, quia Deo possibile est. Potestis, si vultis, mittere ad quatuor patriarchas Orientalis Ecclesie, et ad imperatorem, legatos vestros, dicentes: Viri fratres, quoniam et vos et nos constemur in divinis unam substantiam, et tres personas, etiam unum principium; et neque vos neque nos adducimus in divinis aut identitatem personarum, aut divisionem

A substantiæ, sufficientia ista nobis, ut habeamus unionem. De processione autem Spiritus sancti non dividamur ab invicem; sed sapientes quidam nostri cum vestris disputent de ista questione, si volunt. Communiter vero non haberemus propter hoc divisionem, sed tenete vos, quod vultis de isto, et nos similiter, et non damnemus propter hoc alterutrum; sed factum sit tantum. Vos quidem date Ecclesie Romanæ illum honorem, quem dabant et antiqui patriarchæ in tempore unionis, quam determinaverunt et leges imperatorum, et canones sanctorum Patrum, et plus non petimus a vobis. Nos autem parati sumus dare, et firmare Ecclesie Orientali, et specialiter Ecclesie Constantinopolitane, et imperio Constantinopolitano omnia jura, quæ sunt vel ab antiqua consuetudine, vel determinata aut a legibus imperatorum, aut a canonibus sanctorum Patrum. Ista verba, sanctissime Pater, audientes Græci, si omnes recipient, non possum dicere; tamen credo, quia plurimi recipient, et forsitan per istum modum Deus dabit nobis unionem. Tamen supplicamus vestram sanctitatem, non omittatis nos sine portare aliquam gratiam a vobis domino meo imperatori, ut optatum sumus, quod habet unionis Ecclesie non \*\*\* sed potius illuminetur. — Supradictus dominus noster summus pontifex, cum suo collegio prædicto, respondendo dixit, quod, eisdem rationibus nequaquam obstantibus, ex eo justa prædicta petitio non videtur; quia si fortificati, ditati, exaltati et confortati per sedem apostolicam, reges, principes et populos catholicos ante reunionem prædictam, postea terga et non faciem verterent Romanæ Ecclesie memoratæ, sicut alias, dum credebantur reuniri, prout expressum est superius, fecisse noscuntur; procul dubio idem dominus summus pontifex, Ecclesia, et fideles alii remanerent delusi, et dici posset opprobrium non modicum, quod suos et fidei juverant et fortificaverant inimicos et hostes, participassentque scandalosa cum eis; sed si per illum qui omnem hominem venientem in hunc mundum illuminat, eorundem Græcorum cordibus, fusione spiritualis gratiæ illustratis, per viam rectam per eundem dominum nostrum, vel aliam accommodandam et honestam, ad obedientiam, unitatem et devotionem ejus Romanæ Ecclesie redire curaverint cum effectu, ipsos tunc effusis gaudiis, ac gratiis et favoribus largitiue dispensatis, tanquam de regione dissimilitudinis revertentes, ipse Dominus noster et apostolica fides recipiant eos charitativis brachiis amplexando, non solum superius quæ petunt, sed super aliis eorum opportunitatibus, exhibituri tunc, quantum cum Deo et honestate fieri poterit, auxilia, consilia et favores. Porro post præmissa dictus Barlam, qui ad partes Græciæ prædictas erat, ut asseruit, rediturus, quamvis responsionem hujusmodi justam et rationabilem reputaret, viam tamen quam de mittendis pro parte Græcorum prædictorum sapientibus tactam, ut

præmittitur, difficilem seu impossibilem existimat, A voluissent venire; et dato, quod jam venissent, nisi Deus, cui nihil est impossibile, illam sola sua virtute perficere dignaretur: causas difficultatis huiusmodi exprimendo per quamdam cedula, legatos super prædictis, ipsi non darent unquam quam in scriptis tradidit sub hac forma: — «Sanctissime Pater, quamvis receperim a vobis perfectum responsum, adhuc supplico vestræ sanctitati, ut dignetur audire et ista pauca verba; necessaria enim sunt, et mihi dicere et vobis scire. Quod jam vestra sanctitas mihi dixerat super facto unionis Ecclesiæ orthodoxæ, ut veniant ex partibus illis legati, habentes litteras imperiales et synodicas, exoro Deum, ut faciat istud possibile, quia ex se est valde difficile, multa de causis. Videlicet, quia imperator non audet manifestare se, quod velit uniri vobiscum; quoniam, si manifestasset se, multi ex principibus suis, etiam ex populo, timentes, ne forte si ipse vellet, sicut fecit ipsis Michael Palæologus, quærerent opportunitatem interficiendi illum. Præterea Ecclesia Constantinopolitana non remitteret ad hoc negotium legatos suos sine consilio et consensu patriarcharum, Alexandrini, Antiocheni et Hierosolymitani; quare oportere eos insimul congregare; quod est difficile propter guerras. Et præter hoc incertum est, si vocati adhuc B — Et sic ab eodem domino nostro summo pontifice, explicante expressius, quod aliter eidem dictoque collegio posse non videbatur, nisi prout superius dixerat, et tetigerat, negotium perfici supradictum; rediens, ut dixit, præfatus Barlam ad partes Græciæ prædictas discessit.

## ETHICA SECUNDUM STOICOS.

PER

### D. BARLAAMUM DE SEMINARIA,

EPISCOPUM GYRACENSEM

Ex pluribus voluminibus eorandem Stoicorum sub compendio composita.

### PARS PRIMA.

#### CAP. I. *Beatitudo quid dicatur.*

Hominum alium alio, secundum quod homo est, melius vivere putamus, et statum hominum alium eligibiliorem, alium minus eligendum arbitramur. Ergo cum natura nostra sit finita, et non sit infinitæ bonitatis capax, aliam alia meliorem vitam ratione sumentes, non ad infinitum procedemus, sed pervenimus postremo ad aliquem terminum bene vivendi, quem jam transcendere natura nostra de sui conditione minime valeat. Quamvis enim non habeamus, quem assignabimus, pure ad eum pervenisse: tamen quia substantiam et vitam natura limitatam habemus, necesse est etiam, summum gradum nostræ perfectionis, et optimum statum vivendi, secundum quod proportionalitas nostra exigit, eadem natura præfixum et notum esse. Nam opinari finitam naturam ad infinitum proficere, et perfici, suos non excedendo limites, posse, non

C solum est contra communes notiones, sed etiam tollit omnem appetitum. Siquidem expetendorum extremum non est, ubi se appetitus novissime figat. Hunc igitur terminum, et hanc optimam, prout possibile est, hominis vitam, uno verbo, sicut et alii, beatitudinem appellantes, quæramus quid sit, et in quibus consistat. Inde autem suscipiamus exordium.

#### CAP. II. *Vera beatitudo hominis, ut homo est.*

Veram hominis beatitudinem quærimus: talis autem non potest esse, nisi sit hominis ut homo est. Nam si assignabimus hominis beatitudinem, quæ non erit hominis, ut homo est, non erit vera. Ergo oportet ut constet ex omnibus illis bonis, quæ sunt hominis, in quantum homo est. Quia si ex aliis, et non ex talibus, non habebimus, quod quærimus. Etenim si non ex omnibus huiusmodi bonis constabit, non erit summum bonum, quia si qua est bea-

titudo, cui desunt aliqua hominis, in quantum homo A est, manifestum est, quod illis additis augebitur. Sed quod augeri potest, summum non est; beatitudinem vero, quam quærimus, summum hominis bonum esse volumus.

Igitur ex omnibus dictis bonis constabit, ac vero ex solis. Quia si qua sunt alia bona hominis, non tamen ut homo est, manifestum est, quod illa addita illi beatitudini, quæ constat ex bonis hominis, ut homo est, non augebunt eam, ut propterea sit magis beatitudo hominis, ut homo est: quia in tali etiam compositione tota ex utriusque generis bonis complexio non diceretur, nec intelligeretur, nec esset beatitudo hominis, ut homo est, nisi ex parte illorum bonorum hominis, quæ essent bona hominis, in quantum homo est.

**CAP. III. Vera beatitudo augeri non potest.**

Vera ergo beatitudo additis illis augeri non potest. Et merito. Nulla enim aggregatio augeri potest additione aliarum rerum genere diversarum. Nec enim lineæ additis punctis, nec superficies additis lineis, nec solida additis superficiibus, nec diversorum humorum commistio additis coloribus vel saporibus augentur.

**CAP. IV. Beatitudo hominis, ut homo est, ex quibus potissimum constat.**

Ergo si bona hominis, ut homo est, genere diversa sunt ab illis quæ non sunt hominis, ut homo est, manifestum est quod beatitudo, quæ constat ex bonis hominis, ut homo est, non augebitur adjectione illorum bonorum, quæ non sunt hominis, in quantum homo est. Itaque perfecta et summa hominis beatitudo ex illis solis constabit, ut jam possumus formam hujus beatitudinis brevissime comprehendentes, talem ejus definitionem ad quærenda et demonstranda supponere.

**CAP. V. Quid est beatitudo hominis vera, et quid ejus miseria.**

Veram beatitudinem hominis esse cumulatam complexionem omnium bonorum hominis, ut homo est; ac per consequens, summam miseriam hominis esse cumulatam complexionem omnium majorum hominis, ut homo est: ut cui hoc inest miserissimus homo dicatur. Est autem beatitudo per se expetenda, et miseria fugienda.

**CAP. VI. Virtus quid.**

Supponatur etiam et virtutis definitio, quæ talis secundum omnes philosophantes est.

Virtutem esse optimam affectionem animi ex qua proficiscuntur bonæ et laudabiles voluntates, sententiæ, actiones: quarum quælibet suo loco optima est; quæ et eos, in quibus est, bonos et laudabiles efficit.

**CAP. VII. A beatitudine hominis, ut homo est, omnes artes excluduntur.**

His præmissis, patet, quod omnes et universæ opificum artes excluduntur ab illis bonis, quæ ad

formam beatitudinis pertinent. Sicut enim in omnibus aliis illa bona intelligimus uniuscujuscunque rei, ut illa res est, quæ ipsam rem bonam et laudabilem faciunt, et a quibus ipsa res jure laudatur, et bona appellatur: ita et hominis bona, ut homo est, illa tantum intelligimus, quæ ipsum hominem bonum et laudabilem faciunt, et a quibus jure laudatur, et bonus appellatur.

**CAP. VIII. Vera beatitudo hominis, ut homo est, in quibus potissimum sita.**

Sed beatitudo hominis sita est in illis bonis tantum, quæ sunt hominis, ut homo est: sola ergo illa formaliter perficiunt beatam vitam, quæ hominem vere bonum et laudabilem faciunt, et propter quæ B jure laudatur, et bonus appellatur. Sed ex nulla opificum arte hæc homo creetur. Quantumcunque enim est homo faber bonus, aut cerdo, aut scriptor, non tamen ratione hujus artis bonus appellatur; velut sapiens homo, aut prudens, aut intelligens simpliciter laudatur. Ergo ad formam beatitudinis opificum artes minime sunt vocandæ.

**CAP. IX. Scientia in bonis hominis minime locanda.**

Similiterque scientiarum, quarum finis est non extrinsecus effectus, sed intrinseca visio veritatis; licet in bonis ipsius mentis, ut mens est, omnis scientia computetur: tamen quæcunque tales sunt, ut ab eis non possit homo simpliciter bonus appellari, vel ut homo sapiens et intelligens, aut prudens jure laudari: non sunt in illis bonis habendæ, quæ beatitudinem ipsius hominis, in quantum homo est, constituunt. Hominem enim non ipsam mentem aut rationem appellamus, sed animal rationis et mentis particeps, cujus nunc beatitudinem quærimus, rem videlicet, qua optime, dum vivitur, vita ejus datur.

**CAP. X. Quæ hominibus et bestiis communia, non in bonis hominis, ut homo est, collocanda.**

At vero, nec quæcunque sunt, aut esse possunt, communia hominis et bestiarum, in illis bonis sunt habenda, ex quibus hominis beatitudo constat. Illa enim omnia, ut prædefinitum est, sunt bona hominis, ut homo est. Sed illa quæ sunt, aut esse possunt communia hominis et bestiarum, et per consequens quæ gratia istorum requiruntur, ut effectiva, aut conservativa, et si quæ eorundem virtutes esse dicuntur, non sunt bona hominis, ut homo est, et ideo nec in illis bonis sunt habenda, quæ ad beatitudinem pertinent.

**CAP. XI. Miserrimi definitio, aut qui vere miser dicatur.**

Item, quia miserissimus homo nec ille est, qui nusquam est, nec ille, qui homo non est: equus enim non dicitur homo miserissimus: manifestum est, quod sunt aliqua communia hominis beati et miserissimi. Cum vero miserissimus dicatur, qui habet omnia mala hominis, ut homo est, ita ut nihil boni hominis, ut homo est, ei relinquatur: acqui-



tur nihil eorum quæ sunt, aut esse possunt communia beati et miserissimi, quæque gratia eorum requiruntur, bonum esse hominis, ut homo est. Quare nec in illis hujusmodi sunt habenda, quæ definitione beatitudinis comprehenduntur.

**CAP. XII. Quæ in bonis hominis jure habenda censeantur.**

Item, si illa bona tantum faciant per se hominem beatum, quæ ipsum hominem, ut ostensum est, bonum simpliciter et laudabilem faciunt, et propter quæ jure laudatur, et homo bonus appellatur; omnia vero hujusmodi sunt voluntaria, et in potestate hominis jacentia, et amitti invitis nequeuntia: nullum ergo fragile, et caducum, et extraneum, in nostra potestate non existens, et extinguere et amitti potens invitis, habendum est in eo genere, quod vita beata complectitur.

**CAP. XIII. Bona corporea externa ad beatitudinem hominis, ut homo est, non pertinent.**

Patet igitur ex conclusis, quod nec indolentia, nec corporea voluptas, nec omnino aliquid eorum quæ dicuntur corporea bona et externa, ad beatitudinem, quam quærimus, pertinet. (Horum enim alia sunt communia hominis et bestiarum: alia, beati hominis et miserissimi; et omnia communiter sunt extra nostram potestatem, et fragilia, et caduca, et extinguere et amitti invitis possunt; et nec omnia simul, nec aliqua illorum sua præsentia hominem bonum faciunt, vel ab eis homo jure laudatur, et bonus appellatur. Ergo cum hujusmodi omnia exclusa essent a beatitudine, et ipsa corporea et externa necessario excluduntur.

**CAP. XIV. Quæ forma beatitudinis includantur.**

Itaque circumscriptis omnibus aliis, de quibus dubitari possit, ne in forma beatitudinis includantur; relictis vero solis animi virtutibus, et eorum laudabilibus actionibus, quæ videlicet nec hominis, et belluarum, nec beati et miserissimi communes esse possunt, et amitti invitis nobis non possunt, quæque vero hominem bonum et laudabilem faciunt, et a quibus homo jure laudatur, et bonus appellatur: manifestum est, quod in sola vita virtuosa beatitudo consistit; et virtus seipsa est contenta, ad bene beateque vivendum.

Reliquorum vero nihil ad veram beatitudinem pertinet; sed dum homo virtutibus est imbutus, et omnes suas cogitationes et actiones, et vitam virtutibus regulariter et moderatur, et dirigit: omnibus aliis rebus nascentibus et cadentibus, et quoquo modo se habentibus, nil admittitur aut additur ei, quo magis minusve sit beatus.

**CAP. XV. Secunda et tertia, quæ vocantur, nunc formæ quærendæ beatitudinis includi debeant.**

De scientiis quidem et artibus, nulli philosophorum dubitant, utrum necessarium sit aut omnes scientias, aut aliquas artes, in forma quærendæ beatitudinis includi. De dictis vero corporicis bonis et

A externis, quæ secunda et tertia vocantur, magna est quæstio.

Quidam enim nil præter virtutes, hominis bonum esse, in quantum homo est, non dubitant, sed adimentes prædictæ definitioni, postremam additionem, et simpliciter ponentes beatitudinem, complexionem esse bonorum hominis, nituntur aggregare ad beatam vitam explendam, et corporea omnia, et externa, quasi sine istis nequaquam illa integra valeat esse. Qui vehementer errare convinctur, ex his quæ communiter et naturaliter de beata vita sentimus. Beatitudinem enim tanquam summum bonum omnes intelligimus; quo ipsa res summe bona suo genere efficitur. Ergo et summum hominis bonum intelligendum est, cujus præsentia homo summe bonus homo efficitur. Solæ ergo virtutes beatitudinis obtinent principatum.

**CAP. XVI. Beatus qualis esse debeat.**

Item volumus illum, quem perfecte beatum intelligimus, tutum esse, inexpugnabilem, septum, munitum, suis bonis inerrabiliter confidentem, semper habere quod vult, et nunquam, quod non vult: nunquam dubitare, utrum adest sibi integre beatitudo, an non; nunquam timere, ne invitus amittat eam; forti, et robusto, et excelso, et magno animo esse, semperque in animo tranquillitatem, et securitatem, et placidissimam pacem, et constantem hilaritatem habere, et terroribus et angoribus et mœstitia vacuum esse.

**CAP. XVII. Quid in se contineat beatitudo.**

Hæc autem omnia continet sententiæ confectæ conclusionis. Nam si quis, cum sit virtuosus, ita conclusam de beatitudine sententiam, vivam et efficacem habet, et totum animum per omnes partes penetrantem, ut et omnis appetitus sit consonus illi, et aliqua repugnans opinio non sit animo latens, quæ possit aliquando ad contrarium appetitum animum distrahere: hic cum nihil habeat in bonis nisi virtutem, et quod ea agatur, reliquarum vero rerum, nihil sibi bonum vel malum reputet, vidratque quod solum bonum novit, semper sibi totum præsens, et amitti invito non patiens, necesse est ut omnia illa ei contingant, quæ expressimus communiter vere de beato intelligi. Talis enim tutus est, inexpugnabilis, inerrabiliter illis quæ sua bona scit, confidens: semper habet quod vult, et nunquam, quod non vult. Vacat enim vitis, quæ non vult habere, et si terrores, et mœstitiæ, et angores, et aliæ perturbationes, quæ contingunt omnibus, propter corporeas et externas res: quia putant eas malas vel bonas esse, et pertinere ad suum bonum vel malum statum: manifestum est, quod si quis hujusmodi opinionem et appetitum ab iisdem rebus penitus removerit, nihil quoquo modo acciderit, terrere et perturbare eum valebit, aut angere, et a constantia egredi, et morere faciet. Et ideo semper erit tranquillus sibi que placatus. Propterea fortis magnanimusque, semper invictus,

a nullo frangi et demitti animo patiens. Maxime enim A scilicet humanas res contemnere, et ab eis nec efferrī nec frangi: qui eas nec bonas nec malas sui gratia iudicat. Similiter et quæcunque alia de beato intelligentes, prædictæ conclusioni plene concurrunt.

**CAP. XVIII. Ad perfectam beatitudinem num secunda et tertia sint necessaria.**

Si vero supponamus aliquem cum bonis animi etiam quæ dicuntur bona corporis, et externa omnia habere, et sit sibi illa in animo sententia insita, et appetitus sententiæ congruus, quod ista secunda et tertia ad perficiendam plenam beatitudinem sunt necessaria: impossibile est ei omnia illa concurrere, quæ de beato intelligimus. Et ideo per consequens, cum credat habere se omnia quæ suppetant ad beatam vitam, non erit tamen beatus. B Nam cum sciat vires, valetudinem, sanitatem, velocitatem, venustatem, integritatem sensuum, vacuitatem doloris, denique vitam ipsam; præterea regna, imperia, magistratus, dignitates, honores, facultates, copias, opes, potentias, divitias, subditorum benevolentiam, optimorum amicorum et consanguineorum societatem: hæc omnia caduca natura sua esse, et simul invito amitti posse, et eorum contraria evenire: quomodo beatus erit, si tot bonis, sine quibus non reputat integram beatitudinem sibi posse adesse, non confidit, et tot quæ reputat esse mala et beatitudinem violentia sibi impendere videt? Ita enim sapiens et intelligens, et illa bona permanere sibi, et non delabi appetens, cum vult esse semper beatus: quomodo non semper C terrorum, et angorum, et sollicitudinis plenum animum habebit? At vero nec contemnere et despiciere res humanas facile poterit, qui ad beatitudinem vel miseriam aliquod pondus eas habere crediderit. Sed sine despicientia rerum humanarum, fortitudo et magnanimitas et excelsitas non videntur posse in animo generari: quibus virtutibus instructus virtuosus in omni fortuna æquabilitatem conservat. Carebit igitur, qui beatum se esse putat, istis virtutibus.

Ac etiam potest contingere casus, in quo, cum salva sint sibi omnia bona externa, tamen ipse ignoret, utrum salva sint, necne; dubitabit ergo, utrum adest sibi integra beatitudo. Ergo non habebit quod vult: vellet enim non dubitare. D Concutietur ergo tranquillitas et pax animi istius a constantia sua. Non ergo tutus, ut dominus bonorum suorum: non inexpugnabilis, non quietus; nec beatus ergo. Sententia ergo illa, quæ corporea et externa aggregat ad beatitudinem, quem supponimus esse beatum, facit non esse beatum; falsa ergo est. Nihil enim verum est, ex quo impossibile oritur. Magis autem dignitas et splendor sententiæ, quam defendimus, inde apparebit.

**CAP. XIX. Collatio duorum non beatorum.**

Supponantur duo non beati, similem defectum in animo, in corpore et in externis patientes: et

illa quæ videntur esse excellentiora corporis, et exteriorum, nequaquam habentes, et aliquorum ex eis, quæ desunt, desperata sit acquisitio, et ita omnibus quæ mentis, quæ naturæ, quæ fortunæ sunt, per omnia adæquatis, sit uni illorum persuasum, quod tota beatitudo in virtutibus animi vertitur, atque vero tripartita illa sententia, et habeant parem appetitum beatitudinis: manifestum igitur est, quod primus minus ægre, et minus anxie, et iucundius, et tranquillius ducet suam vitam, quam secundus; tribus ex causis. Quod minora sibi videt deesse ad plenam beatitudinem; et quod non est desperata sibi illorum acquisitio; et quod eorum quæ habet, tanquam pertinentia ad beatitudinem, non existimat aliqua esse in potestate fortunæ; quibus delapsis miserior ipse sit. Ille vero non modo plura deesse sibi ad explendam beatitudinem videt, et de illis, quæ habet, aliqua sentit posse delabi, quo ipse sit miserior, sed etiam ad integram provenire aliquando beatitudinem, desperatum est penitus sibi.

**CAP. XX. Virtutum acquisitio utri difficiolor.**

At vero et acquisitio virtutum plures habet in isto difficultates, quam in illo. Prima enim difficultas est, posse cognoscere, quantum bona animi, ad complendam beatitudinem, excellenti bona corporis, et ista externa; et proportionaliter dispartiri, et cempensare istis appetitum beatitudinis. Ille vero noster, cum beatitudinis sententiam, et totum appetitum ad solas virtutes mittat, nil ei huiusmodi difficultatis est; quin etiam vehementiorem appetitum ad virtutes habet, quam ille qui aliquas partes parvi appetitus, corporeis tribuit et externis. At et hoc manifestum est, quod quanto amplius diliguntur corporea et externa, tanto magis impeditur ad acquirendas virtutes. Facilius est ergo nostro virtutum acquisitio.

**CAP. XXI. In virtutum acquisitione uter fortior.**

Nec illud dubium est, quin ille affectus animi, qui ita sit constructus et firmus, ut possit in omni casu et fortuna æquabilitatem conservare, ita quod nec adversitatibus frangatur, vel molle aliquid et abjectum, et effeminatum et anxium patiatur: nec secundis rebus effusa lætitia gestiat, levitateque ad arrogantiam et superbiam se effrat: isto inquam, affectus melior et beator sit, quam ille, qui non tantæ constantiæ est. Sed manifestum est, quod duorum suppositorum virorum nostro facillimum est, exercitatione et consuetudine adnecta, pervenire ad ejusmodi affectum. Illi vero tripartito aut impossibile aut difficillimum est. Ergo si nostra ista sententia in meliore omnimode conditione facit esse hominem, quam illa tripartita, non dubium est, quæ magis est approbanda.

**CAP. XXII. Virtutum actio in quibus potissimum bonis consistat.**

At vero nec illum errorem oportet incurrrere, quod actiones virtutum in solis bonis corporis et exter-

nis versantur : in contrariis vero non : ut si beate vivere est virtuose agere : hoc autem non potest esse, nisi in bonis corporis et externis, necessario concludatur, quanto ista dilabuntur, tanto vitam beatam defici. Nam non est casus in vita, nec fortuna, nec tempus, in quo non possit vir bonus virtuose agere. Decenter enim et rationabiliter cogitare, jacere, sedere, stare, ambulare, tacere, loqui, tribuere corpori necessaria, videre vel audire aliquid, membra corporis movere, alicui assentire et parere ; vel pro conservanda constantia et fide dolores et damna non recusare : quibus non potest virtuosus ullo tempore omnino carere : actiones virtutum sunt, et a virtute proficiscuntur. Omitto dicere quod fortitudo, et magnitudo, et excelsitas animi in adversis rebus totam suam vim habent, scireque bene adversitatibus uti, summæ prudentiæ est. Nec non multa, quæ videntur esse negationis, locum habent summarum actionum. Cum enim virtuosus, pauper et ignobilis, deformis, et claudus et infirmus, nobiles et divites admiretur, potentesque et sanos : et se miserum, et illos beatos et felices reputet, et ideo odio eos habeat, et invidet iis, cupiditateque immensa ardeat, et angore et tristitia et mœrore tabescat et deprimatur ; divinamque Providentiam, opinionis errore, aut nullam, aut injustam esse existimet : vir bonus et totus nostræ sententiæ, cum in simili casu est, nil istorum patitur, nec reputat illos in meliori esse conditione, quam se. Et ideo tranquillo vivit animo, et minime turbulento, et ad interiores actiones, et si quæ sunt exteriores, maxime expedito. Tali igitur firmitati et constantiæ animi, actiones, quas possint agere virtuosii divites et potentes, non sunt postponendæ. Dum ergo bonus vir vivit et est, non vacat virtuosus actionibus. Quare nec isto modo corporis quæ dicuntur et externa bona, veræ beatitudinis partes erunt.

CAP. XXIII. *Divisio bonorum corporis, et quæ externa vocantur.*

Ut autem non videamur de nomine tantum laborare velle, commoda nominantes, quæ omnes bona appellant, ut vocabuli mutatione a beatitudine videantur segregari, ita sit procedendum.

Omnium, quæ bona corporis et externa dicuntur, alia referuntur ad nostram ipsam substantiam. Quæ quidem ita se habent, ut sine illis esse et vivere non valeamus.

Alia vero ad hoc habent suam vim, ut minus moleste et delectabilius vitam ducamus. Quæ quidem ad indolentiam ultimo et voluptatem, quæ per corporeos sensus percipitur, referuntur.

CAP. XXIV. *De membro primo.*

Ergo ut de primo membro prius dicatur, quia substantia nostra et ipsum esse nostrum bonum quidem nobis est : tale vero bonum, ut non sit aliqua pars formæ beatitudinis, sed ut communiter tam summæ miseriæ, quam beatitudini subjiciatur. Differt enim hominem esse, et beatum ho-

minem esse, et miserum hominem esse, ut ipse homo utrique subici valeat ; sequitur necessario, quod et ipsa bona corporis et externa, quæ, ut simpliciter simus et vivamus, requiruntur, similiter sint et nominentur bona : ut videlicet non in forma beatitudinis ponantur, sed tanquam communia miseriæ beatitudini submittantur. Itaque sicut nostrum esse refertur quidem ad beatitudinem, non tamen ut pars, sed ut subjectum, sine quo forma non existit : simili modo et illa bona, quæ ad ipsum nostrum esse referuntur, mediante ipso nostro esse, ad beatitudinem referenda sunt. Igitur sicut qui est, in quantum est, non est beator illo, qui non est : ita et qui habet plura, de hujusmodi bonis, non ideo est magis beatus, quam qui habet pauciora. Beatus enim et minus beatus homo efficitur, additione et subtractione illorum bonorum, quæ sunt partes formæ beatitudinis. Nostrorum vero esse, et bona, quæ ad ipsam referuntur, non sunt partes formæ beatitudinis, prout ostensum est. Sed videatur, si placet, reliquum membrum præmissæ divisionis.

CAP. XXV. *Secundum membrum. Indolentia et voluptas, non beatitudo.*

Et primum ostendendum sit, quod indolentia et voluptas corporis in forma beatitudinis poni minime possunt. Nec enim cum virtutibus beatam vitam explere possunt, nec sine virtutibus. Quod si sine virtutibus, in summa sede ponerentur, contingeret vitiosissimum hominem et penitus depravatam et corruptam animum habentem atque læpium et inconstantem, beatum esse : quod est contra communes notiones. At vero nec cum virtutibus beatitudinem efficere possunt ; cum enim beatitudo sit optimus totius vitæ status, oportet, ut constet, non ex discrepantibus interdum et repugnantibus, sed ex concordibus semper et consonis. Bona enim omnia amicitia et concordia semper gaudent. Sed inter indolentiam, et voluptatem et virtutes magna repugnantia ut plurimum est. In plerisque enim impossibile est indolentiam et voluptatem consequi, nisi omittamus honestum et decorum, et committamus turpe et indecorum. Nam si ubique velimus, quæ ratio fortitudinis, justitiæ, temperantiæ, et omnino natura honesti exigit, consequi : necessariam est, non solum voluptates postponere, sed etiam magnos subire labores, et acerbos sustinere dolores. Et e contrario, si hoc statuemus in nobis, ut omnibus modis voluptatem corporis et indolentiam sequeremur, nullum scelus esset, nullum facinus, nullum denique malum, ad quod suscipiendum, licentia proposita, non impelleremur. Nec ergo cum virtutibus, nec sine voluptas et indolentia in forma beatitudinis valent connumerari. Et ideo omnia corporis bona et externa, in quantum referuntur ad ipsam indolentiam et voluptatem, segreganda sunt a forma beatitudinis. Ostensum est autem esse hoc idem etiam, in quantum referuntur ad ipsam essentiam.

Penitus ergo segregantur ab illis bonis, quæ for-  
mam beatitudinis constituunt.

**CAP. XXVI.** *De bonis et commodis quæ tripliciter  
eveniunt.*

Ista itaque, quæ præter virtutes vulgo bona dicuntur, et a Stoicis commoda appellantur, et contraria incommoda, triplici modo eveniunt: ex virtute, ex culpa, ex neutro.

Ex virtute (ut a commodis incipiam), ut quæcunque homini ab hominibus propter virtutem tribuuntur. Vel, si quis optimum filium habet, cum ipse eum bene educavisset: vel, res familiaris ex prudentia, sine injuria acquisita et amplificata: vel, sanitatis et virium ex abstinentia et diligenti regimine conservatio, et si qua similia.

Ex culpa, ut si quis ex adulterio bonum genuerit filium; aut detrahendo injuria suas res augeat, et si qua hujusmodi.

Ex neutro, ut quæcunque natura, fortuna, casu, successione, divinitus, vel quoquo modo alicui sine opera sua eveniunt.

**CAP. XXVII.** *Incommodorum divisio.*

Item de incommodis eadem divisio est. Nam ex virtute contingunt, ut quæcunque damna doloresque alicui inferuntur, propter justitiæ instantiam. Vel, si quis pauper est, cum suas facultates ad opera justitiæ et liberalitatis transtulisset, vel delabi eas, studio meliorum rerum, dimisisset.

Ex culpa contingunt, ut quæcunque alicui incommoda inferuntur, propter ab eo antea actas injurias; et si ipse aliqua perturbatione concitatus, aut non propulsavit interitum a charissimis cum posset; aut ipse intulit eis interitum; aut rei familiaris, pigritia, inertia, ignavia delapsus; et corporis commodorum, voluptate devicto, ex pravo regimine amissio, et multa talia.

Neutro. Quæ nec virtute, nec vitio, nec penitus ex aliqua opera contingunt: ut corporeorum naturales defectus, et quæcunque incommoda casu, fortuna, vel ab hominibus injuria commotis inferuntur.

**CAP. XXVIII.** *Commodum ex virtute veniens, expetendum est, et quare.*

Ex tribus igitur modis, primus, quo virtute commoda vel incommoda, cum evenerint, sua presentia augent per se beatitudinem; sed propter eorum, circa eorum sumptionem, virtuosam dispositionem et actionem.

Secundus modus, quo ex culpa commoda vel incommoda sumuntur, fugiendus et miserabilis est; propter similiter circa eadem vitiosam dispositionem et actionem.

Tertius modus, quo nec virtute nec culpa, eadem contingunt, nec ad beatitudinem, nec ad miseriam aliquid ponderis habet: sed cum sint sumpta quoquo modo commoda vel incommoda, qualiter est eis utendum, dicetur, ubi de virtutibus tractabitur.

**CAP. XXIX.** *Non commoda, sed affectus erga ea faciunt ad beatitudinem vel miseriam.*

Nunc autem illud sit manifestum, quod nec commoda beatitudinis, nec incommoda miseriarum partes sint; sed affectus, et actus, et usus virtuosus vel vitiosus, circa utraque acquirenda, sumenda, tuenda, ferenda, utenda et amittenda ad beatitudinem vel miseriam pertinet.

Sunt itaque commoda acquirenda, et tuenda, et utenda, dum licet recte hæc fieri, et minime rejicienda, nisi aut ad comparandas vel gerendas res meliores, aut ad serviendum hominum, quorum decet, utilitati. E contra vero incommoda aut sunt rejicienda, aut æquo animo ferenda, nisi aut ad declinanda incommodiora et pejora, aut ad consulendum decenter hominum utilitati. Sed ad reliqua pergamus.

**CAP. XXX.** *Honestum quid.*

Positum est in principio quod beatitudo per se expetenda. Et est ostensum, quod vita beata idem est, quod virtuosa: vita ergo virtuosa per se est expetenda. Est autem et laudabilis, ut situm est in definitione virtutis. Sed quod est ita bonum, ut detracto omni emolumento, jure laudari et expeti per se ipsum possit: illud est, quod honestum sentimus. Vita ergo virtuosa, eadem est honesta. Et quia vita bona et beata, eadem est virtuosa: vita ergo bona et beata, eadem est honesta. Et quia quod honestum est, idem esse bonum nemo dubitat: concluditur e converso, quod quæ honesta vita est, eadem est bona, et beata et virtuosa.

Ac etiam, si decorum est, quod consentaneum est hominis excellentiæ, in eo, in quo natura ejus a reliquis animantibus differt; et ipsum decorum, et quod decet, idem virtuti et honestati efficitur.

**CAP. XXXI.** *Utile, et inutile, quid.*

Deinde de utili et inutili dicendum sit. Duplici igitur modo utrumque dicitur. Uno, ipsa commoda vel incommoda, ut domus, equus, servus, vires et similia: quæ videlicet ad idem cum honestis vel inhonestis non veniunt. Nullum enim commodorum aut incommodorum honestum vel turpe, quoad hominis beatitudinem, est.

Alio modo utilia et inutilia dicuntur ipsæ hominis actiones, quæ sunt circa commoda vel incommoda sumenda, utenda, disponenda, ferenda, vel rejicienda. Quæ utilia vel inutilia, eadem sunt quæ honesta et turpia. Nam si omnis turpis actio a defectu virtutis proficiscitur: defectus vero virtutis lædit beatitudinem, ac nemini utile potest esse, quod sit contra suam beatitudinem: nemini ergo turpis actio utilis est. Porro quod sine turpitudine utiliter fit, idem rationabiliter et recte fit. Sed quod rationabiliter et recte fit, etiam honeste fit. Ex quibus concluditur, quod omnis utilis actio honesta est. Ac etiam si illud, quod honestum factum est, et ad beatitudinem pertinet, summæ utilitatis est; conficitur, quod omnis honesta actio utilis est. Sola ergo honesta et

virtuosa vita, utilis vita est, et sola inhonesta et vitiosa inutilis. Igitur sex hæc : bonum, beatum, virtute confectum, honestum, decorum et utile : adde, si vis, rectum, rationale ; ad idem veniunt, et idem fere sonant. Et ideo opposita eorum, scilicet, malum, miserum, vitiosum, inhonestum, indecorum, turpe, inutile, peccatum, irrationabile. Adde, si vis, pravum, flagitiosum, scdum, tetrum, detestabile : omnia hæcejusdem sunt calamitatis. Ex omnibus itaque superioribus fit denique finalis conclusio, pro qua omnia in hac ratione præcesserunt, hæc :

*Conclusio.* Quod si quis vitam ducit virtuosam et honestam, quomocumque commoda et incommoda huic contingant, modo non sua culpa : nihil deest illi ad veram beatitudinem. Et per consequens, si quis est ita depravatus et corruptus, ut nec vestigium aliquod virtutis et honestatis in eo existat, huic, quanquam omnibus abundet commodis, nihil deest ad summam miseriam.

**CAP. XXXII.** *Beatus nullum in hac vita, secundum Platonicos.*

Hic quidam Platonici, immortalitati animorum operam dantes, et eorum quamdam excellentem felicitatem imaginantes, eique vitam hanc comparantes, impossibile asserunt, in hac vita beatum hominem esse. Quibus multi assensum præbentes, nos a veritate reputant deviare. Est autem inter nos et ipsos non in re controversia, sed in nomine tantum. Non enim eandem rem utrique beatitudinem appellamus, ut de eodem negatio et affirmatio sit. Namque nos optimam vitam, quæ maxime composito competit, secundum quod hominis natura capax est, beatitudinem appellantes, et nil alienum vel incongruum ei addentes, hanc homines consequi posse asserimus.

Illi vero separatorum animorum beatitudinem considerantes, merito ad illum hominem in hac vita existentem negant pervenire posse. Ergo utrumque verum est. Nec enim nos illa beatitudine beati effici, vi naturali, dum vivimus, possumus. Nec illis nostra congruit, vel sufficit beatitudo.

**A** Ac etiam iidem Platonici multa bona, naturam, et artem, et consuetudinem excellentia, homines divinitus consequi posse affirmant : sicut ipse Plato de poetica et divinatione et amore in *Phædro* tradit. Non tamen ideo prohibitum erit, ultimum terminium, ad quem ascendere potest vis naturalis, beatitudinem appellari : præsertim cum ita sit hoc vocabulum apud plures usitatum, et non natura nomina rebus posita, sed utentium beneplacito.

**CAP. XXXIII.** *Beatitudinis divisio.*

Itaque prima sit beatitudo, ipse optimus vitæ status ; quem ultimo ascendere possumus, transcendere vero vi naturali non valemus, de qua beatitudine in his libris tractatur.

**B** Secunda sit, quæ prima supposita adhuc comprehendit quæcumque excellentia bona acquirere homo etiam in hac vita divina aspiratione potest, ut Plato in *Phædro* docet.

Tertia sit, quæ suscipit post mortem sapientes, ut idem Plato in *Phædone* tradit.

Igitur quia illi secundam et tertiam merentur, qui primam participes existunt, merito de prima tantum hunc laborem duximus suscipiendum.

**CAP. XXXIV.** *Naturalia bona, quomodo in nobis perficiantur.*

**C** Notandum vero sit et illud, quod secundum eundem Platonem, nec ipsa naturalia bona perfici in nobis possunt sine divino auxilio. Nam ex quo omnia habent esse, ex eodem et suam perfectionem habere necesse est. Omnia vero secundum Platonem ex Deo habent esse. Item in *Timæo*, cum proposuerat de natura mundi, et ortu, et connexionem omnium a primo principio dicere : oravit, et divinum ad proposita imploravit adjutorium : quanquam in illis nil excellens naturale nostrum ingenium dicturus erat, sed non putat se illa consequi posse divinitus non adjutum. At si secundum eundem in illo summo bono, totius bonitatis, perfectionis et beatitudinis instar est, ita nostra substantia perficitur, ita beatificatur ; si ad illud tendit, illud respicit, et illud imitetur.

## PARS SECUNDA.

**CAP. I.** *Animi vis quotuplex.*

Duplex est vis animi nostri. Una qua intelligimus et verum inquirimus, et a falso discernimus, et a dubiis ad manifesta transimus : et in eis quid consequens, quid repugnans conspiciamus. Et in agendis, quid utile, quid inutile ; quid bonum, et quid malum ; et cui, et quantum, et quale inquirimus et judicamus. Quæ vis cum sit intellectiva, mens appellari solet.

**PATROL. GR. CLI.**

**D** Alla est, qua bona vel mala in agendis judicata placent, vel displicent nobis. Et illa quidem acceptamus, amplexamur et amplectimur. Contraria vero aspernamur et fugimus ; quæ vis appetitiva appellari solet. Hujus autem motus vel actus in animo et bene et male potest contingere. Quod ut discernatur, distinguenda sunt prius aliqua, quæ ad istum locum pertinent.

43

CAP. II. *De vera et falsa opinione boni et mali.*

Falsa opinio in agendis bonis vel malis, multis modis accidit. Nam si quis opinatur, non bonum, bonum esse, vel e converso, aut an sit bonum, minus tamen vel majus, quam est illud, esse existimat. Aut per se bonum cum sit, ad aliud tantum, et hoc fortasse minus bonum valere illud reputat; aut cui bonum est, ignorat.

Similiter et de malo falsa est opinio ejus. Vera autem sententia et verum Judicium, circa eadem est, cum in nullo prædictorum peccatur. Nam si et quod est bonum, bonum existimat; et quantum, et quale, et cui, non ignorat; similiter et malum; verum et sanum esse hujusmodi Judicium omnes concedent. Est itaque falsum de quolibet Judicium simpliciter malum et vituperandum: verum autem simpliciter bonum et laudandum.

Item sicut in corporeis oculis interdum contingit aliquid tale, ut acies videndi obtundatur, et ex aliquo motu quedam obumbratio, seu caliginatio et obscuratio oculo accidat; ita quod, aut non possit, aut minus clare, obscuriusque et deterius possit visibilia videre et discernere. Et hoc cum contingit huic sensui, pro malo ipsi reputatur. Bonum enim ejus est, semper manere in suo vigore, et aciem videndi inviolatam et expeditam conservari. Alioquin conditio visus deterioratur. Ita menti hominis accidit nonnunquam aliquid tale. Ex quo quamdam obumbrationem et obscurationem ipsa mens incurrit, et acies intelligendi ita obtundatur, ut munus intelligendi et judicandi aut minus, aut obscurius tardiusque consequi possit: et a re gerenda aut omnino abducatur, aut in jubendo et monendo hominem ad exteriores actiones, decus et honestatem in eis aut non possit, aut difficilius et molestius conservare possit. Quod accidens malum esse menti, quis mentem habens non intelligit? Ex similitudine igitur oculorum, docendi causa, appetitur hujusmodi accidens obumbratio mentis, seu caliginatio, vel potius obscuratio.

Cum autem mens ita stabiliter suum conservat vigorem, ut nihil de prædictis ei contingat, ex quo acies intelligendi deteriorari quoquo modo possit: hujusmodi status, causa similiter docendi, appetitur æqualitas.

Est itaque manifestum, quod obscuratio mentis est malum menti et vituperandum: æqualitas vero est bonum et laudandum.

Item cum animus noster habet appetitum, vel committendi quod non decet, vel omittendi quod decet, appetitur malefica voluntas. Cum autem appetitus tendit ad agendam quod decet, et relinquendum quod non decet, appetitur benefica voluntas.

Est itaque manifestum, quod malefica voluntas est simpliciter malum et vituperandum: benefica autem voluntas est simpliciter bonum et laudandum. Ex tribus tamen segregatis malis, si oportet

A unum sine duobus esse in animo: minimum malum est mentis obscuratio. Quanquam enim ipsi menti, ut mens est, malum est, tamen associata cum vera in agendis sententia et benefica voluntate, quoad exteriores actiones, et maxime, in quibus continentur hominum societas; si tantum adsit eis mediocritas: non modo non malum, sed magnum bonum est.

Majus vero malum est, opinionis in agendis error. Hoc enim non tantum ipsi animo per se malum est, sed etiam sine obscuratione mentis et malefica voluntate teterrimas exteriores actiones, et maxime in puniendo, gignere potest.

De notatis vero tribus pessimum est, separatum ab aliis, malefica voluntas. Quæ enim ita malefica est, ut inhæreat animo, etiam sine repentino et turbido motu mentis, atque falsa opinione, ut allegare ignorantiam nequeat, omnium malorum est pessimum, et minus aliis sanabile.

CAP. III. *Malefica voluntas quatuorplex.*

Duplex quidem est malefica voluntas. Aut enim causatur a repentina obscuratione mentis, qua cessante, recedit et illa, sicut in ira sæpe contingit; aut insita est in animo, et sine repentina mentis caliginatio, que multo tetrior est, quam illa; que simul obscurationi mentis oritur, et interit. Quare si oportet de malis minima eligere, multo eligibilior est obscuratio mentis cum benefica voluntate, quam malefica voluntas sine obscuratione mentis.

C De notatis autem bonis, unum comparando sine aliis, minimum bonum est mentis æqualitas. Hæc enim licet per se bonum sit menti, ut mens est, tamen separata a vera de agendis sententia et benefica voluntate, quoad exteriores actiones, nullum bonum est.

Verum autem Judicium de bonis et malis aliquantulum majus bonum est, separatum a reliquis duobus bonis. Nam etiam exterius aliquid boni, interdum per accidens efficit. Omnium vero optimum est benefica voluntas. Et per se enim bonum est animo, et separata a reliquis duobus bonis, multas tamen bonas actiones exterius gignere potest.

CAP. IV. *Benefica voluntas quatuorplex.*

D Est autem duplex benefica voluntas: una que causatur ab aliquo repentino caliginosove animi motu: que similiter oritur et occidit, sicut in lætitiis misericordis que sæpe accidit. Alia est animo insita et permanens, et a viva atque efficaci ratione pendens: que de tribus propositis optima est.

CAP. V. *Num tria prædicta, verum Judicium, æqualitas mentis et benefica voluntas simul in animo, aut appetitiva vi, concurrere possint.*

Cum itaque ex superioribus divisionibus tria sint notata simpliciter bona, et laudanda in animo nostro, scilicet verum Judicium bonorum et malorum, et æqualitas mentis, et benefica voluntas, potest fieri, ut cum appetitiva vis sit in agendo, simul prædicta tria bona in animo concurrant: ut quod

placet, vel displicet, et vere iudicatum sit, et mens A aliquam caligacionem non incurrat, et benefica voluntas in animo sit. Quod cum sit, constantia appellatur. Potest enim fieri, ut opposita istis contingant: ut et male de objectis sentiat, et acies mentis obumbratione obtundatur, et voluntas malefica insit. Potest vero fieri, quod duo sint ex malis et unum ex bonis; quod tripliciter variari potest, vel e converso; duo ex bonis, unum ex malis; quod similiter tripliciter sit.

*CAP. VI. Prædictorum septem complexiones.*

Præter igitur constantiam septem horum sunt complexiones. Constantia nempe, quia æquabilitas mentis in actu appetitivæ, cum vera objecti sententia, et benefica voluntate, non dubium est, quin B simpliciter bonum et laudabile sit. Et quia sicut in prima parte prædefinitum est, beatitudo est cummulata complexio omnium honorum hominis, ut homo est. Est autem et ipsa constantia, secundum assignatum sensum, bonum hominis, ut homo est. Ille ergo quem quærimus, quem perfecte beatum intelligimus, nequaquam carebit constantiæ bono. Semper igitur constans erit.

*CAP. VII. De perturbationibus; et quæ perturbationes appellantur.*

De septem complexionibus illæ, quibus comprehenditur obscuratio mentis, quod quadrupliciter contingit, perturbationes appellantur. Quarum quidem pessima est, cum ita placet, aut displicet nobis aliquid: ut cum obscuracione mentis sit in C animo et falsa opinio objecti, et malefica ad agendum voluntas. Minus vero mala est, quando cum obscuracione mentis, unum reliquorum malorum inest, et alio animus vacat. Quod dupliciter sit; illa vero perturbatio minimum malum est, in qua obscuratio mentis cum vera sententia illius quod placet vel offendit, et benefica ad actionem voluntate, conjuncta est. Quare si quis, cum esset ita dispositus, ut incurreret illam pessimam perturbationem, mutavit suam ejusmodi dispositionem ad hanc perturbationem, quam minimum malum esse dixi: non parum melioravit suum animum.

*CAP. VIII. Tres complexiones reliquæ ad quid utiles.*

Restant tres complexiones, præter constantiam et quadripartitam perturbationem. Una, cum æquabilitas mentis sit associata cum falsa opinione et malefica voluntate, quæ appellatur elythiotes. (Vesania.)

Secunda, cum æquabilitas mentis falsa opinione caret, malefica vero voluntate non: quæ appellatur malitia.

Tertia est, cum æquabilitas mentis caret malefica voluntate; habet tamen de objecto falsam opinionem: quæ dicitur alesia (simplicitas).

*CAP. IX. Perturbationum divisio.*

De perturbationibus autem, quoniam quadrupliciter variantur, ut dictum est, prima sit, quæ est

obscuratio mentis, cum vero iudicio objecti boni vel mali, et benefica voluntate. Quæ quantum ad exteriores actiones, si modo in eis conservet mediocritatem, magnum bonum est.

Secunda sit, quæ est obscuratio mentis cum falsa opinione et benefica voluntate.

Tertia sit, quæ est obscuratio mentis cum vero iudicio et malefica voluntate.

Quarta sit, quæ est obscuratio mentis cum falsa opinione et malefica voluntate. Quæ omnium perturbationum est pessima, sicut supra notatum est.

*CAP. X. Earumdem divisio altera.*

Item secundum aliam divisionem, quatuor genera perturbationum sunt. Quia enim omnia perturbatio est obscuritas mentis, suscepta ex opinione boni placentis, vel mali offendentis: bona vero vel mala, quæ homini eveniunt, aut sunt jam præterita, aut præsentia, aut futura: illa quidem perturbatio, quæ percutit et caliginat animum ex opinione præteriti, vel præsentis mali, dicitur ægritudo. Quæ si nimia est, dicitur angor; si vero ex opinione suscipiatur futuri, dicitur metus vel timor.

Item si opinione præteriti vel præsentis boni contingit, multa quidem nomina, parum differentia, ut lætitia, jucunditas, delectatio et alia, sed sumatur lætitia; si vero ex opinione futuri boni, dicitur cupiditas, et libido vel desiderium. Vertitur etiam in opinatis bonis dilectio et amor.

*CAP. XI. Perturbationum definitio.*

Definiantur igitur ista quatuor genera sic. Ægritudo est perturbatio animi, ex opinione præsentis vel præteriti mali, mordens animum et demittens. Metus, est perturbatio animi ex opinione impendentis mali, humilians atque frangens animum, et recessum quemdam et fugam animi efficiens, et ad declinandum illud quod metuitur, hominem impellens. Lætitia est perturbatio animi ex opinione præteriti vel præsentis boni; quasi cum animus effuse exultat, quædam voluptas gestiens et elata, perfusam hilaritatem efficiens. Libido est perturbatio animi, ex opinione futuri boni, cum ad id, quod videtur bonum, inflammata rapiatur. Sunt igitur singulorum generum multæ et variæ species: D quas non est necessarium præsentis opere discutere, sed tantum in eis notandum sit, quod sunt quædam quæ non possunt variari, per quatuor gradus superius assignatos, sed in unum tantum cadunt, in quo obscuratio mentis est associata cum falsa opinione et malefica voluntate; qui modus omnium erat pessimus. Tales perturbationes itaque sunt, ut in genere ægritudinis, invidentia et obrectatio: et in genere lætitiæ, malivolentia, jactatio et superbia: in genere libidinis, inimicitia, discordia. Hæ enim ex opinionis errore, semper, et malefica voluntate animum perturbant.

Sunt item aliæ, quæ per omnes variantur gradus, ut misericordia, penitentia, ira, amor, et innumerabiles aliæ. Nam, ut pro omnibus de una dicam,

cum sit misericordia aegritudo animi ex opinione A  
miseriæ alterius injuria laborantis, potest fieri, ut  
qui perturbatur, nec vere opinatus sit de malo al-  
terius, nec beneficam ad adjuvandum, cum pos-  
set, voluntatem habeat. Potest autem fieri, ut in  
opinione illius quidem quod perturbat, non falsetur  
in opinando, habeat tamen ad adjuvandum benefi-  
cam voluntatem. Potest vero fieri, ut obscuratio  
mentis, in hoc accidenti, et ex vero judicio pen-  
deat, et bonæ voluntati conjuncta sit. Quod si in  
actione valeat mediocritatem conservare, magnum  
bonum est. Idem de ira, de poenitentia, de amore,  
et de aliis intelligendum est. Nam quælibet, si ob-  
scuratio mentis, nec ex erroris opinione concita-  
tur, et malefica varat voluntate, et in actione me-  
diocritatem consequitur, magnum bonum est. Ha-  
bet enim in animo duo bona; scilicet veritatem  
de objecta re, et ad actionem beneficam volunta-  
tem, gignitque extra optimam actionem. Cur vero  
non dixi, maximum esse bonum, sed magnum, ap-  
parebit cum de constantiis dixerō.

CAP. XII. *Constantia quid.*

Constantia itaque, quia est tranquillitas et æqua-  
litas mentis in eo quod judicata bona vel mala  
acceptantur, et placent, vel displicent cum vera  
sententia, et beneficam voluntate: varias et ipsa se-  
cundum temporalem varietatem bonorum et malo-  
rum, et nonnullas alias eorundem differentias  
partes habet. Non tamen propriis nominibus om-  
nes assignantur, sed ut plurimum eisdem cum per-  
turbationibus. Nam si mala, quæ constanter dis-  
plicent, præterita sunt, et a se commissa, dicitur  
similiter poenitentia; si ab alio, dicitur ira; si vero  
mala præterita vel præsentia aliis evenerunt, et  
passi fuerunt, vel patiuntur, dicitur misericordia.  
Si ipse passus est, vel patitur mala; si animi, dicitur  
similiter poenitentia vel misericordia; si corporis  
et externa, dicitur patientia. Si vero futura et  
impendentia sunt, dicitur cautio vel metus et timor  
æquivoce. Non autem differt, et in istis, quæ in-  
enimmoda Stoici dicunt, mala usu communi appel-  
lantur; nihil enim ista distinctio interest proposi-  
tæ questionis.

Item enim animus noster sensit se constanter  
fruitum vel fruentem aliquo bono, vel vehementer  
acceptat aliorum bonum, dicitur contentio, placa-  
bilis, gaudium; ac etiam æquivoce dici possunt,  
quæ in tertio genere perturbationum dicebantur.  
Si autem constanter appetitus tendit ad futurum  
bonum, dicitur voluntas, vel desiderium æquivoce,  
in quibus est et spes. Est autem in bonis simili-  
ter dilectioque amor; charitas vero species est  
voluntatis.

CAP. XIII. *Perturbationum et constantiarum  
differentia.*

Ut autem pateat, quid interest inter constantias  
et perturbationes æquivocas, sumatur unum pro  
omnibus, ut amor. Ametur igitur primo aliquid

ita ut vere Judicatum sit bonum, et acies mentis  
ad intelligendum non obtundatur, et benefica volun-  
tas sit in animo; quam dicebamus esse appetitum  
faciendi quod, et non committendi quod non decet.  
Et iste amor dicatur primi gradus desuper incipi-  
entibus; postmodum relictiis in animo vera sen-  
tentia et benefica voluntate, caligationem quam-  
dam et obscurationem mentis in amando incur-  
rat: et hic amor secundi sit gradus.

Item relicta in amando benefica voluntate, insit  
in animo, cum turbido motu mentis, etiam falsum  
judicium, de eo, quod amatur; et sit hujus-  
modi amor tertii gradus. Si vero in amando judi-  
cium quidem sanum est, de illo quod amatur,  
sed cum obscuratione mentis, etiam inest ad  
B agendum malefica voluntas, quæ erat appetitus  
omittendi quod decet, et committendi quod non  
debet: dicatur hujusmodi amor quarti gradus. Si  
vero et in tribus animus amando deficit, cum est  
in animo obscuratio mentis, et malefica ad agen-  
dum voluntas, et falsum judicium de eo quod  
amatur: sit hujusmodi amor quinti gradus. Ma-  
nifestum itaque est, quod primi gradus amor est  
simpliciter bonus et omnium optimus, et cadit in  
assignatam superius constantiam definitionem. Re-  
liqui vero quatuor graduum, quoniam in quolibet  
ponitur obscuratio mentis, comprehenduntur  
in genere perturbationum, secundum quod per-  
turbatio superius definita est.

Est igitur omnium perturbationum optima,  
quæ secundo gradu posita est; deficit tamen a  
C constantia in tribus: uno, quod non conservat cla-  
ritatem mentis in suo rigore, sicut constantia.

Secundo, quod constantiæ quidem facile est,  
propter mentis claritatem, imponere exteriori ac-  
tioni mediocritatem: ipsi vero perturbationi, pro-  
pter mentis turbidam commotionem, idipsum ita  
facile non est.

Tertio superat constantia, quod in ea benefica  
voluntas, cum a claritate mentis et viva ratione  
pendeat, est in animo insita et permanens, et ideo  
efficacior; et quod ab ea prudenter proficiscitur,  
nunquam ad poenitentiam adducit: illa vero bene-  
fica voluntas, quæ est in perturbatione, cum a  
D repentino et turbulento motu causetur, sedata me-  
nte sæpe cessat et ipsa. Non enim insita est, nec  
vinculis rationis constringitur. Et ideo sæpe con-  
tingit, ut quod recte et laudabiliter factum fuerit,  
cum nubes recesserit, poeniteat hominem hoc idem  
fecisse: sicut in misericordiis nonnunquam accidit.

Quintus vero, qui positus fuit gradus, est sim-  
pliciter malus, et omnium pessimus. Nihil enim in  
eo boni est. Tertius et quartus secundum quod par-  
ticipes sunt boni vel mali, sunt laudandi vel vitu-  
perandi. Si vero oportet a pessimo expositorum  
graduum perturbationis, gradatim et non repente  
ad constantiam ascendere: primo subtrahatur ma-  
lefica voluntas vel falsa opinio: et istis prius detra-  
ctis, postremo subtrahatur mentis obscuratio: et



immediate hac subtracta, eluceat in animo constantia, in qua cum æquabilitate mentis, et vera est sententia, et benefica voluntas. Nam si a pessimo gradu perturbationis, primo subtracta obscuratio mentis, dimittantur in animo falsum iudicium, et malefica voluntas, augetur potius malum, quam diminuitur; et animus deterior fit. Exit enim a genere perturbationum, et incidit in malitiam, elythiotem et apheliam, quæ in agendis malis multo excellunt perturbationes, et minus sanabiles sunt.

